Tum ego sic respondi : Scio absconditam vobis esse, ut ait divinus sermo, magnam illam creatoris omnium et omnipotentis Dei sapientiam ¹⁶. Quare misericordia in vos commotus, contentione omni allaboro, ut hæc nostra, quæ præter opinionem vestram dicuntur, intelligatis ; vel saltem ego crimine vacem in die iudicii. Adhuc enim auditis, quæ ab opinione vestra magis remota videantur ; sed ne turbemini, quin potius alacriores auditores et inquisitores manete, traditionem magistrorum vestrorum contemnentes ; eo quippe nomine arguuntur a Spiritu sancto, quod intelligere non possint, quæ a Deo docentur, sed sua magis docere studeant ¹⁷. In psalmo igitur quadragesimo quarto hæc in Christum similiter dicta sunt ¹⁸ : « Eructavit cor meum verbum bonum : dico ego opera mea Regi. Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis. Speciosus forma præ filiis hominum ; diffusa est gratia in labiis tuis ; propterea benedixit te Deus in æternum. Accingere gladio tuo super femur tuum, potentissime. Specie tua, et pulchritudine tua et intende, et prospere procede, et regna ; propter veritatem et mansuetudinem, et justitiam ; et deducet te mirabiliter dextera tua. Sagittæ tuæ acutæ, potentissime, populi sub te cadent, in corde inimicorum Regis. Sedes tua, Deus, in sæculum sæculi : virga directionis, virga regni tui. Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem ; propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo exsultationis præ participibus tuis. Myrrha et gutta, et casia, a vestimentis tuis, a domibus eburneis, ex quibus delectaverunt te. Filiæ regum in honore tuo. Astitit regina a dextris tuis, in vestitu deaurato, circumamicta, variegata. Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam : et obliviscere populum tuum et domum patris tui. Et concupiscet Rex decorem tuum ; quia ipse est Dominus tuus : et adorabunt eum. Et filia

¹⁶ Isa. xxi, 14. ¹⁷ Ibid. ¹⁸ Psal. xli, per totum.

(59) *Παραγίνεσθαι*. Necesse non est hic futurum cum Sylburgio reponere ; cum familiares sint Justiniano temporum immutationes, ac præterea præsens pro futuro sæpe usurpetur in ejusmodi locis apud accuratissimos scriptores.

(60) *Καὶ παραδοξοτέρους*. Vel ea promittere videtur, quæ de Verbi generatione ex substantia Patris in secunda parte *Dialogi* edisseret, vel quæ de vocatione gentium et reprobatione Judæorum in tertia parte.

(61) *Οὐ τὰ διὰ τοῦ Θεοῦ*. Multas se in partes vertit Cl. Thirlbius, ut hunc locum, qui minime corruptus est, sanet. Legendum proponit τὰ διατάγματα τοῦ Θεοῦ, vel τὰ τοῦ Θεοῦ διὰ τοῦ προφητι-

κοῦ Πνεύματος. Nec eruditus ille vir, nec alii interpretes Justiniani viderunt illud ὑπὸ τοῦ προφητικοῦ Πνεύματος referrī ad verbum ἐλέγχονται, quo quidem semel animadverso non difficiles erunt hæc voces, τὰ διὰ τοῦ Θεοῦ. Subaudiendum enim διδασκόμενα aut aliquod simile verbum, quod Justinus lectori supplendum relinquere solet : Sic enim n. 34 : ὅπου γὰρ ὁ νόμος... οὐχὶ τὸν μετ' ἐκείνον μέλλοντα, ἀλλὰ τὸν διὰ Μωϋσέως ἐξηγεῖσθε. Et n. 53 : Τὸν διὰ τῶν προφητῶν νόμον. Et n. 35 : Ὁ λόγος τῆς προφητείας τῆς διὰ Δαβὶδ. Vid. *Apol.* I, n. 59.

(62) Ὁ Θεός. Legendum ὁ Θεός, ὁ Θεός σου, ut infra n. 56 et 65.

Tyri in muneribus. Vultum tuum deprecabuntur A divites plebis. Omnis gloria filix Regis intrinsecus, in fimbriis aureis, circumamicta, variegata. Afferentur Regi virgines post eam; proximæ ejus afferentur tibi. Afferentur in lætitia, et exultatione: adducentur in templum Regis. Pro patribus tuis nati sunt tibi filii; constitues eos principes super omnem terram. Recordabor nominis tui in omni generatione et generatione; propterea populi confitebuntur tibi in æternum, et in sæculum sæculi. »

γῆν. Μνησθήσομαι τοῦ ὀνόματός σου ἐν πάσῃ γενεᾷ καὶ γενεᾷ καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. »

39. *Judæi Christianos hoc credentes oderunt. Quantum inter utrosque discrimen.* — Nec quidquam mirum, aiebam, si nos quoque odistis, qui hæc intelligimus, et cordis vestri semper obdurescentis sententiam arguimus; nam et Elias de vobis cum Deo agens **136** hæc ait: « Domine, prophetas tuos occiderunt et altaria tua subruerunt: et ego relictus sum solus, et quærunt animam meam. » Et ei respondetur: « Adhuc mihi supersunt septem millia hominum, qui non flexerunt genu coram Baal ¹⁹. » Quemadmodum igitur propter illa septem millia suam tum Deus iracundiam non emittebat; ita et nunc judicium nondum intulit, neque infert; quippe cum sciat adhuc quotidie nonnullos in nomen Christi sui institui, et ab erroris via discedere; qui quidem dona accipiunt, ut quisque dignus est, per hujus Christi nomen illuminati. Hic enim accipit spiritum sapientiæ, ille consilii, alius fortitudinis, alius curationis, alius præcognitionis, alius doctrinæ, alius timoris Dei ²⁰.

Ad hæc Trypho: Volo, inquit, noveris te hæc dicentem desipere.

At ego ad illum: Audi, sodes, nec insanio, nec desipio. Sed prædictum est fore ut Christus, postquam in cælum ascendisset, nos ab errore captivos abduceret, ac dona nobis daret. Sunt autem hæc ipsa verba: « Ascendit in altum, captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus ²¹. » Nos igitur donis ab eo, qui in altum ascendit, Christo acceptis, vos « qui in vobis ipsis sapientes estis, et coram vobis ipsis scientes ²², » ex propheticis sermonibus demonstramus desipere ac solis labiis Deum ejusque Christum colere. Nos autem, qui in omni veritate sumus instituti, et operibus et cognitione et corde ad mortem usque colimus. Forte autem idcirco etiam dubitatis hunc, quemadmodum decla-

καὶ ἐπιθυμήσει ὁ Βασιλεὺς τοῦ κάλλους σου· ὅτι αὐτός ἐστι Κύριός σου, καὶ προσκυνήσουσιν αὐτῷ. Καὶ θυγάτηρ Τύρου ἐν δούροις. Τὸ πρόσωπόν σου λιτανεύσουσιν οἱ πλοῦσιοι τοῦ λαοῦ. Πᾶσα ἡ δόξα τῆς θυγατρὸς τοῦ Βασιλέως ἔσωθεν, ἐν χρυσοῦσι περιβεβλημένη, πεποικιλμένη. Ἀπενεχθήσονται τῷ Βασιλεῖ παρθένοι ὀπίσω αὐτῆς (63), αἱ πλησίον αὐτῆς ἀπενεχθήσονται σοι· ἀπενεχθήσονται ἐν εὐφροσύνῃ καὶ ἀγαλλιάσει· ἀχθήσονται εἰς ναὸν Βασιλέως. Ἀντὶ τῶν πατέρων σου ἐγεννήθησαν οἱ υἱοὶ σου· καταστήσεις αὐτοὺς ἄρχοντας ἐπὶ πᾶσαν τὴν καὶ γενεᾷ· διὰ τοῦτο λαοὶ ἐξομολογήσονται σοι εἰς

39. Καὶ οὐδὲν θαυμαστὸν, ἐπεὶ πον, εἰ καὶ ἡμᾶς μισεῖτε τοὺς ταῦτα νοοῦντας, καὶ ἐλέγχοντας ὑμῶν τὴν αἰεὶ σκληροκάρδιον γνώμην. Καὶ γὰρ Ἡλίας περὶ ὑμῶν πρὸς τὸν Θεὸν ἐντυγχάνων οὕτως λέγει· « Κύριε, τοὺς προφῆτας σου ἀπέκτειναν, καὶ τὰ θυσιαστήριά σου κατέσκαψαν· καγὼ ὑπελείφθην μόνος, καὶ ζητοῦσι τὴν ψυχὴν μου. » Καὶ ἀποκρίνεται αὐτῷ· « Ἔτι εἰσὶ μοι ἑπτακισχίλιοι ἄνδρες, οἱ οὐκ ἔκαμψαν γόνυ τῇ Βάαλ. » Ὅν οὖν τρόπον διὰ τοὺς ἑπτακισχιλίους ἐκείνους τὴν ὀργὴν οὐκ ἐπέφερε τότε ὁ Θεός, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ νῦν οὐδέπω τὴν κρίσιν (64) ἐπήνεγκεν ἢ ἐπάγει, γινώσκων ἔτι καθ' ἡμέραν τινὰς μαθητευομένους εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ, καὶ ἀπολείποντας τὴν ὁδὸν τῆς πλάνης· οἱ καὶ λαμβάνουσι δόματα, ἕκαστος ὡς ἄξιοι εἰσι, φωτιζόμενοι διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ τούτου (65). Ὁ μὲν γὰρ λαμβάνει συνέσεως πνεῦμα, ὁ δὲ βουλήσ, ὁ δὲ ἰσχύος, ὁ δὲ ἰάσεως, ὁ δὲ πρυγνώσεως, ὁ δὲ διδασκαλίας, ὁ δὲ φόβου Θεοῦ.

Καὶ ὁ Τρύφων πρὸς ταῦτα εἶπέ μοι· Ὅτι παραφρονεῖς ταῦτα λέγων, ἐπίστασθαί σε βούλομαι.

Καγὼ πρὸς αὐτόν· Ἀκουσον, ὦ οὗτος, ἔλεγον, ὅτι οὐ μέμνηνα, οὐδὲ παραφρονῶ· ἀλλὰ μετὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνάλευσιν προεφητεύθη ἀιχμαλωτεῦσαι αὐτόν ἡμᾶς ἀπὸ τῆς πλάνης, καὶ δοῦναι ἡμῖν δόματα. Εἰσὶ δὲ οἱ λόγοι οὗτοι· « Ἀνέβη εἰς ὕψος, ἠχμαλώτευσεν ἀιχμαλωσίαν, ἔδωκε δόματα τοῖς ἀνθρώποις. » Οἱ λαβόντες οὖν ἡμεῖς δόματα παρὰ τοῦ εἰς ὕψος ἀναβάντος Χριστοῦ, ὑμᾶς « τοὺς σοφοὺς ἐν ἑαυτοῖς καὶ ἐνώπιον ἑαυτῶν ἐπιστήμους, » ἀπὸ τῶν προφητικῶν λόγων ἀποδείκνυμεν ἀνοήτους, καὶ χεῖλεσι μόνον τιμῶντας τὸν Θεὸν, καὶ τὸν Χριστὸν αὐτοῦ. Ἡμεῖς δὲ καὶ ἐν ἔργοις καὶ γνώσει· καὶ καρδίᾳ, μέχρι θανάτου, οἱ ἐκ πάσης τῆς ἀληθείας (66) μεμαθητευμένοι, τιμῶμεν. Ὑμεῖς δὲ

¹⁹ III Reg. xix, 14, 18. ²⁰ Isa. xi, 2. ²¹ Psal. lxxvii, 19. ²² Isa. v, 21.

(63) Ὀπίσω αὐτῆς. Uterque codex ὀπίσω αὐτοῦ.

(64) Οὐδέπω τὴν κρίσιν. Vide Apol. ii, num. 7.

(65) Parvi refert utrum Christianis, quatenus Judæis opponuntur, an Catholicis, quatenus adversantur hæreticis, totius veritatis cognitio attribuat. Nam, ut observatum est in Præfat. part. ii, cap. ult., quidquid in hoc Dialogo Justinus ad defensionem religionis Christianæ disputat, id Eccle-

sie Catholicæ dicatur et a sectis prorsus alienum est.

(66) Ἐκ πάσης τῆς ἀληθείας. Vel catholicos hic opponit hæreticis (sic enim n. 53, de catholicis: Ἡμεῖς οἱ τῆς ἀληθινῆς Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ καθαρᾶς διδασκαλίας μαθηταί) vel Christianos Judæis.

Ἰσως καὶ διὰ τοῦτο διστάζετε ὁμολογῆσαι ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστός, ὡς αἱ Γραφαὶ ἀποδεικνύουσι καὶ τὰ φαινόμενα (67) καὶ τὰ γινόμενα ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, ἵνα μὴ διώκησθε ὑπὸ τῶν ἀρχόντων, οἳ οὐ παύονται (68) ἀπὸ τῆς τοῦ πονηροῦ καὶ πλάνου πνεύματος, τοῦ ὄφραως, ἐνεργείας, θανατοῦντες καὶ διώκοντες τοὺς τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ ὁμολογοῦντας, ἕως πάλιν παρῆ, καὶ καταλύσῃ πάντας, καὶ τὸ κατ' ἀξίαν ἐκάστῳ προσνείμῃ.

Καὶ ὁ Τρύφων· Ἦδη οὖν τὸν λόγον ἀπόδος ἡμῖν, ἕτι οὗτος ὃν φῆς ἐσταυρῶσθαι καὶ ἀνεληλυθέναι εἰς τὸν οὐρανόν, ἐστὶν ὁ Χριστός τοῦ Θεοῦ. Ὅτι γὰρ καὶ πάθητός ὁ Χριστός διὰ τῶν Γραφῶν κηρύσσεται, καὶ μετὰ δόξης πάλιν παραγίνεσθαι (69), καὶ αἰώνιον τὴν βασιλείαν πάντων τῶν ἐθνῶν λήψεσθαι, πάσης βασιλείας αὐτῷ ὑποτασσομένης, ἱκανῶς διὰ τῶν προανιστορημένων ὑπὸ σοῦ Γραφῶν ἀποδέδεικται· ὅτι δὲ οὗτός ἐστιν, ἀπόδειξον ἡμῖν.

Κἀγώ· Ἀποδέδεικται μὲν ἤδη, ὦ ἄνδρες, τοῖς ὡσα ἔχουσι καὶ ἐκ τῶν ὁμολογουμένων ὑφ' ὑμῶν· ἀλλ' ὀκνῶ μὴ νομίσητε ἀπορεῖν με καὶ μὴ δύνασθαι καὶ πρὸς ἃ ἀξιούτε ἀποδείξεισθε ποιῆσθαι, ὡς ὑπεσχόμην, ἐν τῷ προσήκοντι τόπῳ ποιήσομαι· τὰ νῦν δὲ ἐπὶ τὴν συνάφειαν ὧν ἐποιούμην λόγων ἀποτρέχω.

40 Τὸ μυστήριον οὖν τοῦ προβάτου ὃ τὸ Πάσχα θύειν (70) ἐντέταλται ὁ Θεός, τύπος ἦν τοῦ Χριστοῦ· οὗ τῷ αἵματι, κατὰ τὸν λόγον τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως, χρίονται τοὺς οἴκους ἑαυτῶν, τουτέστιν ἑαυτοὺς, οἱ πιστεύοντες εἰς αὐτόν. Ὅτι γὰρ τὸ πλάσμα, ὃ ἐπλασεν ὁ Θεός τὸν Ἀδάμ, οἶκος ἐγένετο τοῦ ἔμφυσηματος τοῦ παρὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ πάντες νοεῖν δύνασθε. Καὶ ὅτι πρόσκαιρος ἦν καὶ αὕτη ἡ ἐντολή, οὕτως ἀποδείκνυμι. Οὐδαμοῦ θύεσθαι τὸ πρόβατον τοῦ Πάσχα ὁ Θεός συγχωρεῖ, εἰ μὴ ἐπὶ τόπῳ (71) ᾧ ἐπικέκληται τὸ ὄνομα αὐτοῦ· εἰδὼς ὅτι ἐλεύσονται ἡμέραι μετὰ τὸ παθεῖν τὸν Χριστόν, ὅτε καὶ ὁ τόπος τῆς Ἱερουσαλὴμ τοῖς ἐχθροῖς ὑμῶν παραδοθήσεται, καὶ παύονται ἅπασαι ἀπλῶς προσφοραὶ γινόμεναι, καὶ τὸ κελευσθὲν πρόβατον ἐκεῖνο ὅπτερον ὅλον γίνεσθαι, τοῦ πάθους τοῦ σταυροῦ δι' οὗ πάσχειν ἔμελλεν ὁ Χριστός, σύμβολον ἦν. Τὸ γὰρ ἐπιώμενον πρόβατον (72), σχηματιζόμενον ὁμοίως τῷ σχήματι τοῦ σταυροῦ, ὁπιάται. Εἰς γὰρ ὄρθιος ὀδελίσκος διαπερονᾶται ἀπὸ τῶν κατωτάτω μερῶν μέχρι τῆς κεφαλῆς, καὶ εἰς πάλιν κατὰ τὸ μετά-

rant Scripturæ et quæ in omnium oculis posita sunt, et quæ in ejus nomine sunt, Christum esse confiteri, ne vos insectentur principes, qui nefarii et fallacis spiritus, sive serpentis, operatione eos, qui nomen Christi confitentur, occidere et insectari non desinent, donec iterum adsit, et omnes destruat, et digna cuique præmia rependat.

Hic Trypho : Jam igitur, inquit, rationem nobis offer, cur iste, quem crucifixum esse dicis et in cælum ascendisse, Christus sit Dei. Passibilem enim Christum in Scripturis prædicari, ac rursus cum gloria venturum, et æternum omnium gentium imperium, omnibus regnis ei subjectis, accepturum, satis ex Scripturis a te supra recitatis demonstratum est. Hunc autem ipsum esse nobis demonstra.

At ego : Id jam, viri, iis qui aures habent, demonstratum est, vel ex his ipsis, quæ a vobis concessa sunt ; sed ne me putetis hæerere, nec ea etiam, quæ petitis, demonstrare posse, faciam id convenienti loco, ut pollicitus sum ; nunc autem serielem institutæ orationis prosequor.

40. Redit ad leges Mosaicæ et figuras fuisse probat eorum quæ ad Christum pertinent. — *Mysterium igitur agni, quem Pascha immolare præcepit Deus, figura erat Christi, cujus sanguine, pro fidei in eum suæ ratione, domos suas inungunt, qui credunt in eum, 137 id est seipsos ; nam illud plasma, quod Deus efflavit, nempe Adamum, domum fuisse afflati a Deo spiritus, vos quoque omnes intelligere potestis. Hoc autem ipsum etiam præceptum ad tempus datum sic demonstro. Agnum Paschæ Deus alibi immolari non sinit, quam in loco in quo invocatum est nomen ejus ; cum sciret venturos post Christi passionem dies, quibus urbs Jerusalem hostibus vestris traderetur, et omnes prorsus oblationes fieri desinerent. Atque hic agnus, quem totum assari præcipitur, supplicii crucis, per quam Christus erat passurus, symbolum erat. Agnus enim qui assatur, ad similitudinem figuræ crucis dispositus assatur. Alterum enim veru ab infimis partibus ad caput usque recta transigitur ; alterum vero secundum scapulas, ad quod etiam ma-*

(67) *Καὶ τὰ φαινόμενα.* Videtur his verbis designare conversionem gentium, sequentibus autem miracula in Christi nomine fieri solita.

(68) *Οἳ οὐ παύονται.* Non providebat S. martyr fore aliquando, ut Ecclesia sub imperatoribus Christianis floreret. Atque in hoc assentientem habet Tertullianum, qui sic loquitur *Apologet.* cap. 24 : « Sed et Cæsares credidissent super Christo, si aut Cæsares non essent sæculo necessarii, aut si et Christiani potuissent esse Cæsares.

(69) *Παραγίνεσθαι.* Hic etiam, ut supra, futurum obtrudit Sylburgius. Sed non major immutandi contextus necessitas.

(70) *Ὁ τὸ Πάσχα θύειν.* Similis constructio mox occurrit, τὸ πλάσμα ὃ ἐπλασεν ὁ Θεός τὸν Ἀδάμ. Itaque illud τὸ Πάσχα idem valet ac Pascha-

lis victima, nec necesse est legere τῷ Πάσχα, ut erudito Loudinensi editori visum est.

(71) *Εἰ μὴ ἐπὶ τόπῳ.* Hoc argumento, quod evidenter probat legem non æternam esse, ut Judæi sibi sangebant, sed ad tempus datam, usi sunt multi alii scriptores, ut Tertullianus *adv. Jud.* cap. 5 ; Eusebius *Demonstr. evangel.* c. 6 ; S. Joannes Chrysost. *Orat. in Jud.* ; S. Cyrillus lib. ix, in *Jud.* p. 312.

(72) *Τὸ γὰρ ἐπιώμενον πρόβατον.* Salmasius *epist. De cruce* p. 244, et Bochartus *Hieroz.* part. 1, col. 615, et Georgius Eliæzer Edzardus, vir doctrinæ Hebraicæ peritissimus, *Adnot. ad Avoda Sara* cap. 2, p. 234, existimant non cujuslibet agni, sed Paschalis tantum, assationem hic describi, quod mihi non sit verisimile. Reclamant, nisi fallor, ipsa verba et series orationis. ΤΙΜΙΚΛΗΜΟΣ.

nus agni suspenduntur. Atque etiam duo illi hirci, quos in jejunio similes offerri præscriptum erat, quorumque alter emissarius erat, alter offerebatur, duplicem Christi adventum nuntiabant: alterum, in quo eum velut emissarium seniores populi vestri et sacerdotes eduxerunt, manusque ei injecerunt, et morte eum mulctarunt; alterum vero, quia in eodem Hierosolymorum loco agnoscetis eum, quem contumelia affecistis, quique oblatio erat pro omnibus peccatoribus pœnitentiam agere volentibus, ac jejunium illud, quod dicit Isaias, observantibus, colligationes violentorum contractuum dissolvendo, ac cætera similiter tenendo, quæ ab eo enumerata, et a me recitata²³, ab his, qui credunt in Jesum, observantur. Hanc autem etiam duorum hircorum oblationem, qui in jejunio jussi erant offerri, similiter alibi quam Hierosolymis, fieri nefas fuisse scitis.

41. *Similæ oblatio figura eucharistiæ.* — Similæ quoque oblatio, viri, aiebam, pro iis, qui a lepra purgabantur, præscripta, figura erat panis Eucharistiæ, quem Dominus noster Jesus Christus in recordationem passionis pro his qui ab omni pravitate purgantur susceptæ fieri præcepit; ut et simul gratias agamus Deo, tum quod mundum et omnia, quæ in eo sunt, propter hominem creaverit; tum quod nos a nequitia, in qua fuimus, liberaverit, et principatus et potestates funditus profligaverit per eum qui de ejus voluntate passioni factus est obnoxius. Hinc de sacrificiis quidem, quæ tunc a vobis offerebantur, sic Deus, ut jam dixi²⁴, per Malachiam unum ex duodecim, loquitur: « Non est voluntas mea in vobis, dicit Dominus, et sacrificia non suscipiam de manibus vestris, propterea quod ab ortu solis usque ad occasum nomen meum glorificatum est in 138 gentibus; et in omni loco offertur incensum nomini meo et victima pura; quoniam magnum est nomen meum in gentibus, dicit Dominus. Vos autem illud profanatis²⁵. » De iis autem, quæ in omni loco a nobis gentibus offeruntur ei, sacrificiis, hoc est, de pane Eucharistiæ et de calice similiter Eucharistiæ, jam tum prædicit, illud etiam addens, nomen suum a nobis glorificari, a vobis autem profanari. Jam vero præceptum illud circumcisionis, ut infantes octavo die omnino circumcidantur, figura erat veræ circumcisionis, qua ab errore et nequitia per eum, qui a

φρονον, ὃ προσαρτῶνται καὶ αἱ χεῖρες τοῦ προβάτου. Καὶ οἱ ἐν τῇ νηστείᾳ δὲ τράγοι δύο ὅμοιοι (73) κελυσθέντες γίνεσθαι, ὧν ὁ εἷς ἀποπομπαῖος ἐγίνετο, ὁ δὲ ἕτερος εἰς προσφορὰν, τῶν δύο παρουσιῶν τοῦ Χριστοῦ καταγγελία ἦσαν· μιᾶς μὲν, ἐν ἣ ὡς ἀποπομπαῖον αὐτὸν παρεπέμφαντο οἱ πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ ὑμῶν καὶ οἱ ἱερεῖς, ἐπιβαλόντες αὐτῷ τὰς χεῖρας, καὶ θανατώσαντες αὐτόν· καὶ τῆς δευτέρας δὲ αὐτοῦ παρουσίας, ὅτι ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ (74) τῶν Ἱεροσολύμων ἐπιγνωσθήσεσθε (75) αὐτὸν τὸν ἀτιμωθέντα ὑφ' ὑμῶν, καὶ προσφορὰ ἦν ὑπὲρ πάντων τῶν μετανοεῖν βουλομένων ἀμαρτωλῶν, καὶ νηστευόντων ἦν καταλέγει Ἡσαΐας νηστείαν, διασπῶντες στραγγαλίᾳς βιαίων συναλλαγμάτων, καὶ τὰ ἄλλα ὁμοίως τὰ κατηριθμημένα ὑπ' αὐτοῦ, ἃ καὶ αὐτὸς ἀνιστόρησα, φυλάσσοντες, ἃ ποιούσιν οἱ τῷ Ἰησοῦ πιστεύοντες. Καὶ ὅτι καὶ ἡ τῶν δύο τράγων τῶν νηστεία κελυσθέντων προσφέρεσθαι προσφορὰ οὐδαμοῦ ὁμοίως συγκεχώρηται γίνεσθαι, εἰ μὴ ἐν Ἱεροσολύμοις, ἐπίστασθε.

41. Καὶ ἡ τῆς σεμιδάλεως δὲ προσφορὰ, ὧ ἄνδρες, ἔλεγον, ἡ ὑπὲρ τῶν καθαριζομένων ἀπὸ τῆς λέπρας προσφέρεσθαι παραδοθεῖσα, τύπος ἦν τοῦ ἄρτου τῆς Εὐχαριστίας, ὃν εἰς ἀνάμνησιν τοῦ πάθους οὗ ἔπαθεν ὑπὲρ τῶν καθαιρομένων τὰς ψυχὰς ἀπὸ πάσης πονηρίας ἀνθρώπων, Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ Κύριος ἡμῶν παρέδωκε ποιεῖν, ἵνα ἅμα τε εὐχαριστῶμεν τῷ Θεῷ ὑπὲρ τε τοῦ τὸν κόσμον ἐκτικέναι σὺν πᾶσι τοῖς ἐν αὐτῷ διὰ τὸν ἄνθρωπον, καὶ ὑπὲρ τοῦ ἀπὸ τῆς κακίας ἐν ἣ γεγόναμεν ἠλευθερωθέναι ἡμᾶς, καὶ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας καταλελυκέναι τελείαν κατάλυσιν διὰ τοῦ παθητοῦ γεγονόμου κατὰ τὴν βουλήν αὐτοῦ. Ὅθεν περὶ μὲν τῶν ὑφ' ὑμῶν τότε προσφερομένων θυσῶν λέγει ὁ Θεός, ὡς προέφη, διὰ Μαλαχίου, ἐνός τῶν δώδεκα· « Οὐκ ἔστι θέλημα μου ἐν ὑμῖν, λέγει Κύριος· καὶ τὰς θυσίας ὑμῶν οὐ προσδέξομαι ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν· διότι ἀπὸ ἀνατολῆς ἡλίου ἕως δυσμῶν τὸ ὄνομά μου δεδόξασται ἐν τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἐν παντὶ τόπῳ θυμίαμα προσφέρεται τῷ ὀνόματί μου καὶ θυσία καθαρὰ· ὅτι μέγα τὸ ὄνομά μου ἐν τοῖς ἔθνεσι, λέγει Κύριος· ὑμεῖς δὲ βεβηλοῦτε αὐτό. » Περὶ δὲ τῶν ἐν παντὶ τόπῳ ὑφ' ἡμῶν τῶν ἔθνῶν προσφερομένων αὐτῷ θυσῶν, τουτέστι τοῦ ἄρτου τῆς Εὐχαριστίας καὶ τοῦ ποτηρίου ὁμοίως τῆς Εὐχαριστίας, προλέγει τότε, εἰπὼν καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ δοξάζειν ἡμᾶς, ὑμᾶς δὲ βεβηλοῦν. Ἡ δὲ ἐντολὴ τῆς περιτομῆς, κελεύουσα τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ ἐκ παντὸς περιτέμνειν τὰ γεννώμενα, τύπος ἦν τῆς ἀληθινῆς περιτομῆς ἦν περιετμήθη-

²³ n. 15. ²⁴ n. 28. ²⁵ Malach. i, 10-12.

(73) *Τράγοι δύο ὅμοιοι.* Hujus explicationis auctor fuit Justino S. Barnabas, seu quicumque alius epistolam scripsit, quæ S. Barnabæ tribuitur. Vid. c. 7 hujus epistolæ et Tertullianum *adv. Jud.*, c. 14. Vide etiam Cyrill. Alex. in *Jul.* lib. ix, pag. 302.

(74) *Ὅτι ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ.* Necesse non est legere ὅτι ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ. Rationem enim affert Justinus cur oblatus ille similis hircus secundæ

repræsentationi Christi respondeat.

(75) *Ἐπιγνωσθήσεσθε.* Mallet Silburgius ἐπιγνώσεσθε. Mox illa verba καὶ προσφορὰ ἦν, « dura et vix ferenda » Cl. Thirlbio videntur. Legendum videtur ante hæc verba ὅς. Tertullianus jejunium intelligit de reprobis « jejunantibus a salute » in secundo adventu, dum « sacerdotes templi spiritualis, id est Ecclesiæ, Dominicæ gratiæ quasi visceratione quadam » fruuntur.

μεν ἀπὸ τῆς πλάνης καὶ πονηρίας διὰ τοῦ ἀπὸ νε-
κρῶν ἀναστάντος τῆ μιᾷ τῶν σαββάτων ἡμέρᾳ Ἰη-
σοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν. Μία γάρ τῶν σαββά-
των, πρώτη μένουσα (76) τῶν πασῶν ἡμερῶν, κατὰ
τὸν ἀριθμὸν πάλιν τῶν πασῶν ἡμερῶν τῆς κυκλοφο-
ρίας ὁγδοῆ καλεῖται. καὶ πρώτη οὕσα μένει.

42. Ἀλλὰ καὶ τὸ δώδεκα κώδωνας (77) ἐξηφθαί τοῦ
ποδήρους τοῦ ἀρχιερέως παραδεδοῦσθαι, τῶν δώδεκα
ἀποστόλων τῶν ἐξαφθέντων ἀπὸ τῆς δυνάμεως τοῦ
αἰωνίου ἱερέως Χριστοῦ, δι' ὧν τῆς φωνῆς ἡ πᾶσα γῆ
τῆς ὁδοῦ καὶ χάριτος τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ Χριστοῦ αὐ-
τοῦ ἐπληρώθη, σύμβολον ἦν. Διὸ καὶ ὁ Δαβὶδ λέγει·
« Εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξηλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, καὶ
εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν. »
Καὶ ὁ Ἡσαΐας ὡς ἀπὸ προσώπου τῶν ἀποστόλων λε-
γόντων τῷ Χριστῷ, ὅτι οὐχὶ τῇ ἀκοῇ αὐτῶν πιστεύ-
ουσιν, ἀλλὰ τῇ αὐτοῦ πέμφαντος αὐτοὺς δυνάμει· διὸ
λέγει οὕτως (78)· « Κύριε, τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ
ἡμῶν; καὶ ὁ βραχίον Κυρίου τίς ἀπεκαλύφθη;
ἀνγγελάμεν ἐνώπιον αὐτοῦ ὡς παιδίον, ὡς ῥίζα ἐν
γῆ διψῶσα, » καὶ τὰ ἐξῆς τῆς προφητείας προλε-
λεγμένα. Τὸ δὲ εἰπεῖν τὸν λόγον ὡς ἀπὸ προσώπου
πολλῶν· « Ἀνγγελάμεν ἐνώπιον αὐτοῦ, » καὶ ἐπα-
γαγεῖν, « ὡς παιδίον, » δηλωτικὸν τοῦ τοὺς πονη-
ροὺς ὑπηκόους αὐτοῦ γενομένους ὑπηρετῆσαι τῇ κε-
λεύσει αὐτοῦ, καὶ πάντας ὡς ἓν παιδίον γεγενῆσθαι.
Ὅποιον καὶ ἐπὶ τοῦ σώματος ἐστὶν ἰδεῖν· πολλῶν
ἀριθμουμένων μελῶν, τὰ σύμπαντα ἓν καλεῖται καὶ
ἐστὶ σῶμα. Καὶ γὰρ δῆμος καὶ ἐκκλησία, πολλοὶ τὸν
ἀριθμὸν ὄντες ἄνθρωποι, ὡς ἓν ὄντες πρᾶγμα, τῇ
μιᾷ κλῆσει καλοῦνται καὶ προσαγορεύονται. Καὶ τὰ
ἄλλα δὲ πάντα ἀπλῶς, ὡς ἄνδρες, ἔφην, τὰ ὑπὸ Μωϋ-
σέως διαταχθέντα, δύναιμι καταριθμῶν ἀποδεικνύ-
ναι τύπους καὶ σύμβολα καὶ καταγγελίας τῶν τῷ
Χριστῷ γίνεσθαι μελλόντων καὶ τῶν εἰς αὐτὸν πι-
στεύειν προεγνωσμένων, καὶ τῶν ὑπὸ αὐτοῦ τοῦ Χρι-
στοῦ ὁμοίως γίνεσθαι μελλόντων. Ἀλλὰ ἐπειδὴ καὶ
ἂ κατηριθμησάμην τὰ νῦν ἰκθὺν ἂν δοκεῖ μοι εἶναι,
ἐπὶ τὸν λόγον τῇ τάξει παριῶν ἐρχόμαι.

43. Ὡς οὖν ἀπὸ Ἀβραάμ ἤρξατο περιτομή, καὶ
ἀπὸ Μωϋσέως σάββατον καὶ θυσίαι καὶ προσφοραὶ

⁷⁶ Psal. xviii, 5. ⁷⁷ Isa. liii, 1. ⁷⁸ n. 13.

(76) Πρώτη μένουσα. Eadem habemus supra
num. 23, et infra num. 138. Forte legendum πρώτη
μὲν οὕσα, ut conjicit Cl. Thirlbius.

(77) Δώδεκα κώδωνας. Nonnullorum hominum
supercilium in hac allegorica interpretatione cau-
sam arripuit sancti martyris irridendi et exagi-
tandi. Sed cum Philo Judæus summum sacerdotem
veste talari indutum divini Verbi imaginem esse
doceat lib. *De profug.* pag. 466, ac in illius tintin-
nabulis aliisque ornamentis arcanas quasdam si-
gnificationes persequatur lib. *De migratione Abrah.*,
p. 404, et *De vita Moysis*, p. 673, non imperite Ju-
stinus ad religionis defensionem adhibet quod ipsi
dederant adversarii. Huc accedit quod hæretici de
tintinnabulis multa perabsurde nugabantur. Valen-
tiniiani duodecim primos Æones significari vole-
bant, ut testatur Irenæus lib. i, cap. 11. Multo de-
testabilior Gnosticorum impietas, qui, teste Epi-
phanio, hæres. 26, pag. 94, tintinnabula hunc in
usum instituta dicebant, ut Judæorum Deus, quem

A mortuis resurrexit una sabbatorum die, Jesum
Christum Dominum nostrum circumcisi simus.
Una enim sabbatorum, cum prima maneat omnium
dierum, rursus secundum numerum omnium die-
rum in orbem elabentium vocatur octava, et prima
esse non desinit.

42. Tintinnabulum sacerdotalis vestis figura apo-
stolorum. — Quinetiam quod traditum erat, ut due-
decim tintinnabula ex talari veste summi sacerdotis
appenderentur, duodecim apostolorum ex virtute
æterni sacerdotis Christi pendentium, quorum vox
universam terram gloria et gratia Dei et Christi
ejus replevit, significatio fuit. Quapropter David
ita loquitur: « In omnem terram exivit sonus eo-
rum, et in fines orbis terræ verba eorum »⁷⁶. » Et
Isaias velut ex persona apostolorum Christo dicen-
tium non suæ ipsorum prædicationi, sed illius, a
quo missi sunt, potestati fidem haberi, sic loquitur:
« Domine, quis credidit auditui nostro, et brachium
Domini cui revelatum est? Annuntiavimus coram
eo tanquam puellus, sicut radix in terra sitienti »⁷⁷,
et quæ sequuntur jam ex eadem prophetia de-
rompta »⁷⁸. Quod autem ait Scriptura velut ex per-
sona multorum: « Annuntiavimus coram eo, » et
addit, « tanquam puellus; » significat id quod
evenit, ut pravi homines submissi ei ac dociles facti,
ipsius jussis ministrarent, ac omnes instar unius
puelli flerent. Quale est etiam quod in corpore vi-
dere licet; cum multa membra numerentur, omnia
unum vocantur et sunt corpus. Nam et populus et
conventus, cum multi sint numero homines, tanquam
una res essent, appellatione una vocantur et de-
signantur. Ac cætera quidem prorsus omnia, o viri,
a Moyse instituta enumerans demonstrare possum,
aiebam, imagines et signa et prænuntiationes fuisse
eorum quæ Christo eventura erant, tum eorum
qui in eum credituri prænoscebantur, tum eorum
etiam similiter, quæ Christus ipse factururus erat.
Sed quia quæ recensui, satis mihi impræsentiarum
videntur esse, ad orationis seriem revertor.

43. Concludit legem finem habuisse in Christo, qui ex
Virgine natus est.—Quemadmodum igitur ab Abraha-

D hominem asini figura lingebant, sonitu admonitus
sese subtraheret. Quid mirum si Justinus, qui in
refellendis hæreticis totus erat, saniores interpreta-
tiones impiis eorum nugis opponit? Vid. Clem. Alex.
Strom. v, p. 561, et seqq. — Δώδεκα κώδωνας.
Duodecim fuisse tintinnabula neque Scriptura
(Exod. xxviii, 33, seqq.) refert, neque Josephus
(*Antiqq. Jud.* iii, c. 7, § 4, seqq. [Opp. ed. Rich-
ter. Tom. I.] p. 145, seqq.). Tertullianus *adv.*
Marc. iv, c. 13 (Opp. ed. Leopold. P. III), p. 172,
duodecim apostolos opinatur præsignificari duode-
cim gemmis in tunica sacerdotali Aaronis (Exod.
xxviii, 9, seqq.). Quibus cum gemmis Justinus
noster fortasse tintinnabula confudit. OTTO.

(78) Διὸ λέγει οὕτως. Legendum conjicit Thirl-
bius δυνάμει δηλονότι, λέγει οὕτως. Sed forte illud
διὸ redundat hoc loco, ut sæpe alias δέ, γάρ, οὖν
apud Justinum, dum disserendi ardorem sequitur.
Vide n. 56 initio.

mo circumcisio, a Moyse autem sabbatum et victimæ A et munera et feriæ incæperant, atque, ut demonstratum est, ob duritiam cordis populi **139** vestri instituta fuerant, ita ea desinere oportebat in eum, qui secundum voluntatem Patris, ex Virgine generis Abrahamæ, tribus Juda et stirpis David, genitus est, Filium Dei Christum; qui et lex æterna et novum testamentum universo mundo prædicabatur adventurus, ut jam allata oracula demonstrant. Ac nos quidem, qui per eum ad Deum accessimus, non istam carnis circumcisionem accepimus, sed spirituales, quam Enoch ejusque similes custodierunt; atque hanc per baptismum, quia in peccatis fueramus, misericordia Dei consecuti sumus; licetque omnibus similiter consequi. Sed cum jam urgeat de illius nativitatibus mysterio disputatio, id mihi agendum est. Isaias igitur de ipsius Christi genere, non enarrabile illud hominibus esse sic asseruit, ut jam scripsimus ²⁹: « Generationem ejus quis enarrabit? quia tollitur a terra vita ejus: ab iniquitatibus populi mei ductus est in mortem ³⁰. » Qui ergo moriturus erat, ut ejus livore homines peccatores sanaremur, illius genus non enarrabile esse propheticus Spiritus his verbis declarat. Præterea ut possent qui in eum credunt, quoniam modo genitus in mundum venerit, agnoscere; per eundem Isaiam Spiritus propheticus rem, ut erat eventura, prædixit his verbis: « Et adjecit Dominus loqui ad Achaz, dicens: Pete tibi signum a Domino Deo tuo in profundum, sive in excelsum. Et dixit Achaz: Non petam, neque tentabo Dominum. Et dixit Isaias: Audite tunc, domus David: Nunquid parum vobis est certamen præbere hominibus? et quomodo Domino præbetis certamen? Propterea dabit Dominus ipse vobis signum. Ecce Virgo in utero concipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel. Butyrum et mel comedet, antequam sciat, aut præeligat mala et eligat bonum; quoniam antequam cognoscat puer bonum, vel malum, reprobatur mala, eligendo bonum ³¹. Antequam sciat puer vocare patrem, aut matrem, tollet virtutem Damasci et spolia Samaritæ coram rege Assyriorum ³², et capietur terra, quam tu duriter feres a facie duorum regum. Sed adducet Deus super te, et super populum tuum, et super domum patris tui, dies, qui necdum venerunt super te, a die, quo abstulit Ephraim a Juda, regem Assyriorum ³³. Neminem

καὶ ἑορταί, καὶ ἀπεδείχθη διὰ τὸ σκληροκάρδιον τοῦ λαοῦ ὑμῶν ταῦτα διατετάχθαι, οὕτως παύσασθαι ἔδει κατὰ τὴν τοῦ Πατρὸς βουλὴν (79) εἰς τὸν διὰ τῆς ἀπὸ τοῦ γένους τοῦ Ἀβραάμ; καὶ φυλῆς Ἰούδα, καὶ Δαβὶδ Παρθένου γεννηθέντα Υἱὸν τοῦ Θεοῦ Χριστόν· ὅστις καὶ αἰώνιος νόμος, καὶ καινὴ διαθήκη τῷ παντὶ κόσμῳ ἐκηρύσσεται προελευσόμενος, ὡς αἱ προλελεγμένοι προφητεῖαι σημαίνουσι. Καὶ ἡμεῖς, οἱ διὰ τοῦτου προσχωρήσαντες τῷ Θεῷ, οὐ ταύτην τὴν κατὰ σάρκα παρελάβομεν περιτομὴν, ἀλλὰ πνευματικὴν, ἣν Ἐνώχ καὶ οἱ ὅμοιοι ἐφύλαξαν. Ἡμεῖς δὲ, διὰ τοῦ βαπτίσματος αὐτῆν, ἐπειδὴ ἁμαρτωλοὶ ἐγεγόνειμεν (80), διὰ τὸ ἔλεος τὸ παρὰ τοῦ Θεοῦ, ἐλάβομεν, καὶ πᾶσιν ἐφετὸν ὁμοίως λαμβάνειν. Περὶ δὲ τοῦ τῆς γενέσεως αὐτοῦ μυστηρίου ἤδη λέγειν κατεπειγόντος, λέγω. Ἡσαΐας οὖν περὶ τοῦ γένους αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ, ὅτι ἀνεκδιήγητόν ἐστιν ἀνθρώποις, οὕτως ἔφη, ὡς καὶ προγράφεται· « Τὴν γενεάν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; ὅτι αἴρεται ἀπὸ τῆς γῆς ἡ ζωὴ αὐτοῦ· ἀπὸ τῶν ἀνομιῶν τοῦ λαοῦ μου ἤχθη (81) εἰς θάνατον. » Ὡς ἀνεκδιηγήτου οὖν ὄντος τοῦ γένους τούτου ἀποθνήσκειν μέλλοντος, ἵνα τῷ μῶλωπι αὐτοῦ λαθῶμεν οἱ ἁμαρτωλοὶ ἄνθρωποι, τὸ προφητικὸν Πνεῦμα ταῦτα εἶπεν. Ἔτι καὶ ἵνα ὁν τρόπον γέγονεν ἐν κόσμῳ γεννηθεὶς, ἐπιγινῶναι ἔχουσιν οἱ πιστεύοντες αὐτῷ ἄνθρωποι, διὰ τοῦ αὐτοῦ Ἡσαΐου τὸ προφητικὸν Πνεῦμα ὡς μέλλει γίνεσθαι προεφήτευσεν οὕτως· « Καὶ προσέθετο Κύριος λαλῆσαι τῷ Ἀχάζ, λέγων· Αἴτησον σεαυτῷ σημεῖον παρὰ Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου, εἰς βάθος, ἢ εἰς ὕψος. Καὶ εἶπεν Ἀχάζ· Οὐ μὴ αἰτήσω, οὐδὲ μὴ πειράσω Κύριον. Καὶ εἶπεν Ἡσαΐας· Ἀκούετε δὴ, ὁ οἶκος Δαβὶδ· Μὴ μικρὸν ὑμῖν ἀγῶνα παρέχειν ἀνθρώποις; καὶ πῶς Κυρίῳ παρέχετε ἀγῶνα; Διὰ τοῦτο δώσει Κύριος αὐτὸς ὑμῖν σημεῖον. Ἴδου ἡ Παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσεται τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ. Βούτυρον καὶ μέλι φάγεται πρὶν ἢ γινῶναι· οὗτόν ἢ προελεσθαι πονηρὰ, καὶ ἐκλέξασθαι (82) τὸ ἀγαθόν· διότι πρὶν ἢ γινῶναι τὸ παιδίον ἀγαθὸν ἢ κακόν, ἀπειθεῖ πονηρὰ (82'), τοῦ ἐκλέξασθαι τὸ ἀγαθόν. Διότι πρὶν ἢ (83) γινῶναι τὸ παιδίον καλεῖν πατέρα ἢ μητέρα, λήψεται δύναμιν Δαμασκού καὶ σκύλα Σαμαρείας ἐναντι βασιλέως Ἀσσυρίων. Καὶ καταληφθήσεται ἡ γῆ ἣν σὺ σκληρῶς οἴσεις ἀπὸ προσώπου τῶν δύο βασιλέων. Ἀλλ' ἐπάξει ὁ Θεὸς ἐπὶ σέ (84) καὶ ἐπὶ τὸν λαόν σου καὶ ἐπὶ τὸν οἶκον τοῦ πατρὸς σου ἡμέρας, αἱ οὐδέπω ἤχασιν

²⁹ n. 13. ³⁰ Isa. LIII, 8. ³¹ Isa. VII, 10-15. ³² Isa. VIII, 4. ³³ Isa. VII, 16, 17.

(79) Κατὰ τ. τ. Π. βουλὴν. Hæc referri debent ad Incarnationem, quam Justinus, Patris voluntate factam dicere solet, ut *Apol.* I, n. 46 et 63; *Apol.* II, n. 5, *Dialog.* n. 24, 48, 87. Similis verborum constructio, vel libroriorum, vel ipsius Justinus proferantis incuria, animadvertitur in his verbis n. 86: μετὰ τὸ σταυρωθῆναι τοῦτον ὃν ἐνδοξὸν πάλιν παραγενῆσθαι ἀποδεικνύουσιν αἱ Γραφαί.

(80) Ἁμαρτωλοὶ ἐγεγόνειμεν. Sic etiam supra n. 41: Τῆς κακίας ἐν ἧ γεγόναμεν.

(81) Ἠχθη. Legitur in utroque codice ms. ἤχθη. Græbuis, *De vitis LXX interpretum*, legendum monet in hoc *Dialogi* loco ἤχει, ut supra n. 13, et

Apol. I, n. 51. Sed reclamat Thirlbins et opponit illud *Dialogi* num. 89: Προεῖπον οἱ προφῆται ὅτι ἀπὸ τῶν ἀνομιῶν τοῦ λαοῦ ἀχθήσεται εἰς θάνατον.

(82) Καὶ ἐκλέξασθαι. Infra n. 66: πονηρὰ, ἐκλέξεται τὸ ἀγαθόν, atque ita cod. Clarom.

(82') Ἀπειθεῖ πονηρὰ. Phrasis insolens. Wolfius reposuerat ἀπωθεῖ (*repellit*). Si quid mutare liceret, mallet cum LXX legere ἀπειθεῖ πονηρὰ. Ed. PATROL.

(83) Διότι πρὶν ἢ... καταληφθήσεται. Hæc intrusa fuisse, nec in Isaia reperiri observat R. Stephanus. Legitur in Bibliis καταλειφθήσεται.

(84) Ἐπὶ σέ. Hæc infra n. 66, nou leguntur.

ἐπὶ σὲ, ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἧς ἀφείλεν Ἐφραΐμ ἀπὸ Ἰούδα, τὸν βασιλέα τῶν Ἀσσυρίων. » Ὅτι μὲν οὖν ἐν τῷ γένει τῷ κατὰ σάρκα τοῦ Ἀβραάμ, οὐδεὶς οὐδέποτε ἀπὸ παρθένου γεγένηται, οὐδὲ λέλεκται γεγενημένος, ἀλλ' ἢ οὗτος ὁ ἡμέτερος Χριστὸς, πᾶσι φανερόν ἐστιν. Ἐπεὶ δὲ ὑμεῖς καὶ οἱ διδάσκαλοι ὑμῶν τολμᾶτε λέγειν, μηδὲ εἰρῆσθαι ἐν τῇ προφητεῖα τοῦ Ἰσαΐου· « Ἰδοὺ ἡ Παρθένος ἐν γαστρὶ ἔξει, » ἀλλ' « Ἰδοὺ ἡ νεάνις ἐν γαστρὶ λήψεται καὶ τέξεται υἱόν, » καὶ ἐξηγεῖσθε τὴν προφητείαν ὡς εἰς Ἐζεκιάν τὸν γενόμενον ὑμῶν βασιλέα, πειράσομαι καὶ ἐν τούτῳ καθ' ὑμῶν βραχέα ἐξηγήσασθαι, καὶ ἀποδείξαι εἰς τοῦτον εἰρῆσθαι τὸν ὁμολογούμενον ὑφ' ἡμῶν Χριστόν.

44. Οὕτω γὰρ κατὰ πάντα ἀθῶος ὑμῶν χάριν εὐρεθήσομαι, εἰ ἀποδείξεις ποιούμενος ἀγωνίζομαι ὑμᾶς πεισθῆναι. Ἐάν δὲ ὑμεῖς σκληροκάρδιοι μένοντες, ἢ ἀσθενεῖς τὴν γνώμην διὰ τὸν ἀφωρισμένον τοῖς Χριστιανοῖς θάνατον, τῷ ἀληθεῖ συντίθεσθαι μὴ βούλεσθε, ἑαυτοῖς αἰτίοι φανήσεσθε. Καὶ ἐξαπατᾶτε ἑαυτοὺς (85), ὑπονοοῦντες διὰ τὸ εἶναι τοῦ Ἀβραάμ κατὰ σάρκα σπέρμα, πάντως κληρονομήσειν τὰ κατηγγεγμένα παρὰ τοῦ Θεοῦ διὰ τοῦ Χριστοῦ δοθήσεσθαι ἀγαθὰ. Οὐδεὶς γὰρ οὐδὲ ἐκείνων (86) οὐδαμῶθεν λαβεῖν ἔχει πλὴν οἱ τῇ γνώμῃ ἐξομοιωθέντες τῇ πίστει τοῦ Ἀβραάμ, καὶ ἐπιγνόντες τὰ μυστήρια πάντα, λέγω δὲ ὅτι (87) τις μὲν ἐντολὴ εἰς θεοσέβειαν καὶ δικαιοπραξίαν διετετάκτο· τις δὲ ἐντολὴ καὶ πρᾶξις ὁμοίως εἰρητο, ἢ εἰς μυστήριον τοῦ Χριστοῦ, διὰ τὸ σκληροκάρδιον (88) τοῦ λαοῦ ὑμῶν. Καὶ ὅτι τοῦτο ἐστίν, ἐν τῷ Ἰεζεκιῶλ περὶ τούτου ἀποφαινόμενος ὁ Θεὸς εἶπεν· « Ἐάν Νῶε καὶ Ἰακώβ (89)

(85) Καὶ ἐξαπατᾶτε ἑαυτοὺς. Non difficile est hujus loci juncturam cum præcedenti animadvertere. Postquam dixit Justinus magnam culpam commerituros Judæos, si veritati assentiri nolint; refellit inanem eorum fiduciam, quæ ad spernendas Justinus minas incitare poterat. Idem ergo est ac si dixisset: Nec justa est vestra fiducia, sed vos ipsi decipitis, etc. Quare inutiles Thirlbii conjecturæ καὶ ἐξαπατήσετε, καὶ γὰρ ἐξαπατᾶτε, καὶ μὴ ἐξαπατᾶτε. Fatetur ipse sibi eas non placere.

(86) Οὐδὲ ἐκείνων. Id est, ex illo Abrahamæ semine. Ex qua S. martyr sententia manifeste sequitur iis etiam, qui ex Abrahamæ semine non erant, necessariam fuisse illius fidei imitationem. Neque id de illis tantum temporibus intelligi debet, quæ Evangelii promulgationem secuta sunt. Pluribus enim locis docet Justinus eandem semper justificationis legem exstitisse. Vide supra n. 11, 23, 30. Conjecit Cl. Thirlbius legendum οὐδεὶς γὰρ οὐδὲν ἐκείνων. « Nemo enim quidquam ex his bonis percipere ulla ratione potest. » Conjecturam suam fulcit his duobus *Dialogi* locis: Σὺν ἡμῖν καὶ κληρονομήσαι βουλήσονται καὶ ὀλίγον τόπον οὗτοι οἱ δικαιοῦντες ἑαυτοὺς καὶ λέγοντες εἶναι τέκνα Ἀβραάμ, n. 25; Τί οὖν ἐστὶν ὃ λέγεις, ὅτι οὐδεὶς ἡμῶν κληρονομήσει ἐν τῷ ὄρει τῷ ἁγίῳ τοῦ Θεοῦ οὐδέμ; n. 26.

(87) Τὰ μυστήρια πάντα, λέγω δὲ ὅτι. Non difficile est investigare quænam illa sit omnium mysteriorum cognitio, quam Justinus necessariam esse ad salutem docet. Ipse enim mentem suam explicat, ac totam rem revocat ad distinctionem eorum, quæ ad pietatem et justitiam, et eorum, quæ ob duritiam cordis præscripta fuerant. Sed

A sane in Abrahamæ secundum carnem genere unquam exstitisse, præter hunc Christum nostrum, qui ex Virgine natus esset, aut natus diceretur, omnibus manifestum est. Sed quia vos ac magistri vestri asserere audetis non dictum esse in prophetia Isaïæ: « Ecce virgo in utero habebit, » sed: « Ecce adolescentula in utero concipiet et pariet filium; » et quia prophetiam ita exponitis, quasi in Ezechiam, qui rex vester fuit, dicta esset; conabor de hoc quoque contra vos pauca disserere, et in hunc, quem Christum esse confitemur, dictam demonstrare.

44. Frustra Judæi salutem sibi promittunt, quæ non potest comparari nisi per Christum. — Sic enim omnino, quantum ad vos attinet 140 innocens reperiar, si demonstrationibus adhibendis in id incumbam, ut vobis persuadeam. Sin autem in cordis duritia permanentes, aut animo infirmi ob sancitam in Christianos mortem, veritati nolueritis assentiri; manifestum erit vos mali auctores esse vobismetipsis. Ac vos quidem ipsi decipitis, qui eo quod semen Abrahamæ sitis secundum carnem, omnino bonorum, de quibus nuntiatum est fore, ut a Deo per Christum dentur, hæreditatem accepturos putetis. Nemo enim, ne ex illo quidem semine, quidquam accipere potest, præter eos qui animo assimilati fuerint Abrahamæ fidei, et mysteria omnia agnoverint, id est alia quædam præcepta ad Dei cultum et justitiæ observationem esse data; alia autem præcepta et opera, vel ad Christi mysterium,

quæri potest cur hujus distinctionis cognitionem necessariam putet ad salutem; deinde vero cur hac distinctione mysteria omnia contineri dicat. Quod spectat ad primam quæstionem; cum Justinus necessarium fuisse Judæis existimet, ut fidem Abrahamæ imitarentur, illud etiam necessarium existimare debuit, ut fiduciam suam in legis ritibus non ponerent, nec justis sibi ob circumcisionem et sabbata viderentur, sed hæc instituta ab æterna Dei lege distinguerent. Mirum autem videri non debet, cur omnia mysteria hac cognitione contineri putet. Quidquid enim in hac prima *Dialogi* parte ex Veteri Testamento depromit, quidquid de Christi divinitate et incarnatione disserit, illud eo spectat, ut justificationem non per circumcisionem et Moisaica instituta, sed per sanguinem Christi comparari probet. Hinc etiam, n. 67, distinctionem illam legis et gratiæ, veluti præcipuum quoddam novæ legis institutum prædicat. « Cur igitur, inquit, aliud Testamentum Deus futurum promisit, nec ut istud institutum fuerat, sed sine metu et tremore et fulguribus institutum iri dixit, et tale ut demonstret quoddam præceptum, sive opus, æternum et omni generi conveniens judicet Deus, quoddam autem accommodate ad duritiam populi vestri... mandaverit. »

(88) Διὰ τὸ σκληροκάρδιον. Legendum ἢ διὰ τὸ σκληροκάρδιον, idque jam Langus et Thirlbius viderunt.

(89) Ἰακώβ. Ita mss. et R. Stephanus. Sic etiam paulo post legitur et infra num. 140, idem Ezechielis testimonium. At Sylburgius restituit Ἰώβ, ut in Bibliis habetur, quod quidem eo minus probandum, quod et sapissime a vulgatis editionibus

vel ob duritiam cordis populi vestri similiter esse A
 descripta. Atque ita sese rem habere Deus apud
 Ezechielem pronuntiat in hæc verba : « Si Noe et
 Jacob et Daniel depoposcerint vel filios, vel filias,
 non dabitur eis ³⁴. » Et apud Isaiam in hanc ipsam
 sententiam ita loquitur : « Dixit Dominus Deus :
 Et egredientur, et videbunt membra prævaricatorum
 hominum. Vermis eorum non morietur, et ignis
 eorum non exstinguetur, et erunt in spectaculum
 omni carni ³⁵. » Quapropter hanc spem ex animis
 vestris recedentes elaborare oportet, ut cognoscatis
 quam via ad remissionem peccatorum et spem
 hæreditatis promissorum bonorum perveniat. Alia
 autem non est, nisi hæc, ut hunc Christum
 agnoscentes, ac illo ad peccatorum remissionem B
 baptismo, quem Isaias prædicavit, abluti sine pec-
 cato deinceps vivatis.

45. *Qui justi ante legem et sub lege fuerunt, per* B
Christum salvabuntur. — Tum Trypho : Etsi, in-
 quit, ea videor interpellare, quæ ad pertractandum
 necessaria edisseris; urgente tamen ea quæstione,
 quam volo ponere, fac primum ut me perferas.

Tum ego : Quidquid placuerit interroga, ut in
 mentem veniet; nam etiam post interrogata et re-
 sponsa orationem resuere conabor et absolvere.

At ille : Dic mihi igitur, inquit, qui secundum præ-
 scripta legis per Moysen institutæ vixerunt, utrum ii
 necne similiter ac Jacob, Enoch et Noe in resurre-
 ctione mortuorum vivent?

141 Et ego ad illum : Cum ea protuli, Trypho,
 quæ ab Ezechiele dicta sunt : « Etiam si Noe, Da-
 niel et Jacob filios et filias deprecantur, mini-
 me eis concessum iri, » sed pro se quemque sua
 ipsius videlicet justitia salvum fore; eos quoque, C
 qui secundum legem Moysis vixerunt, salvos simi-
 liter futuros dixi. Nam quæ natura præclara et pia
 et justa sunt, ea in Moysis lege his, qui legi parent,
 facienda præscribuntur; et quæ ad duritiam cordis
 populi jussa sunt observari, ea similiter præscripta
 sunt, et ab his, qui sub lege erant, observata. Si-
 quidem qui ea faciebant, quæ universe et natura
 et perpetuo præclara sunt, ii Deo grati sunt, et per
 hunc Christum in resurrectione similiter ac ii, qui
 ante eos justi fuere, Noe, Enoch et Jacob, et si qui
 alii, alitem consequentur una cum iis, qui hunc
 Christum Dei Filium agnoscunt, qui et ante lucife-
 rum et lunam erat, et ex illa Davidici generis Vir- D
 ds καὶ Δανιὴλ ἐξαιτήσονται ἢ υἱοὺς ἢ θυγατέρας, οὐ
 μὴ δοθήσεται αὐτοῖς. » Καὶ ἐν τῷ Ἑσαΐα εἰς τοῦτο
 αὐτὸ ἔφη οὕτως· « Εἶπε Κύριος ὁ Θεός· Καὶ ἐξελεύ-
 σονται, καὶ ὄψονται τὰ κῶλα τῶν παραβεβηκότων
 ἀνθρώπων. Ὁ γὰρ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτήσει,
 καὶ τὸ πῦρ αὐτῶν οὐ σβεσθήσεται, καὶ ἔσονται εἰς
 ὄρασιν πάση σαρκί. » Ὡς τεμόντας (90) ὑμᾶς ἀπὸ
 τῶν ψυχῶν ὑμῶν τὴν ἐλπίδα ταύτην, σπουδάσαι δεῖ
 ἐπιγνῶναι δι' ἧς ὁδοῦ ἀφεις ὑμῖν τῶν ἀμαρτιῶν
 γενήσεται, καὶ ἐλπίς τῆς κληρονομίας τῶν κατηγ-
 γελμένων ἀγαθῶν. Ἔστι δ' οὐκ ἄλλη ἢ αὕτη, ἵνα
 τοῦτον τὸν Χριστὸν ἐπιγνόντες, καὶ λουσάμενοι τὸ
 ὑπὲρ ἀφέσεως ἀμαρτιῶν διὰ Ἑσαΐου κηρυχθὲν λου-
 τρὸν (91), ἀναμαρτήτως λοιπὸν ζήσητε.

45. Καὶ ὁ Τρύφων· Εἰ καὶ ἐγκόπτειν δοκῶ τοῖς
 λόγοις τούτοις οἷς λέγεις ἀναγκαίους οὖσιν ἐξετα-
 σθῆναι, ἀλλ' οὖν κατεπείγοντος τοῦ ἐπερωτήματος, ὃ
 ἐξετάσαι βούλομαι, ἀνάσχου μου πρῶτον.

Κάγω· Ὅσα βούλει ἐξέταζε, ὡς σοι ἐπέρχεται·
 ἐγὼ γὰρ καὶ μετὰ τὰς ἐξετάσεις καὶ ἀποκρίσεις
 τοὺς λόγους ἀναλαμβάνειν πειράσομαι καὶ πληροῦν.

Κάκεινος· Εἰπέ οὖν μοι, ἔφη· οἱ ζήσαντες κατὰ
 τὸν νόμον τὸν διαταχθέντα διὰ Μωϋσέως, ζήσονται
 ὁμοίως τῷ Ἰακώβ καὶ τῷ Ἐνώχ καὶ τῷ Νῶε, ἐν τῇ
 τῶν νεκρῶν ἀναστάσει, ἢ οὐ;

Κάγω πρὸς αὐτόν· Εἰπόντος μου, ὦ ἄνθρωπε, τὰ
 λελεγμένα ὑπὸ τοῦ Ἰεζεκιήλ, ὅτι « καὶ Νῶε καὶ
 Δανιὴλ καὶ Ἰακώβ ἐξαιτήσονται υἱοὺς καὶ θυγατέ-
 ρας, οὐ δοθήσεται αὐτοῖς, » ἀλλ' ἕκαστος τῇ αὐτοῦ
 δικαιοσύνη δηλονότι σωθήσεται (92)· ὅτι καὶ τοὺς κατὰ
 τὸν νόμον τοῦ Μωϋσέως πολιτευσαμένους ὁμοίως σω-
 θήσεσθαι εἶπον. Καὶ γὰρ ἐν τῷ Μωϋσέως νόμῳ τὰ φύ-
 σει καλὰ καὶ εὐσεβῆ καὶ δίκαια νενομοθέτηται πράτ-
 τειν τοὺς πειθομένους αὐτοῖς (93)· καὶ πρὸς σκλη-
 ροκαρδίαν δὲ τοῦ λαοῦ διαταχθέντα γίνεσθαι ὁμοίως
 ἀναγέγραπται, ἃ καὶ ἔπραττον οἱ ὑπὸ τὸν νόμον.
 Ἐπεὶ οἱ τὰ καθόλου καὶ φύσει καὶ αἰώνια καλὰ
 ἐποιοῦν, εὐάρεστοί εἰσι τῷ Θεῷ, καὶ διὰ τοῦ Χρι-
 στοῦ τούτου ἐν τῇ ἀναστάσει ὁμοίως τοῖς προγενομέ-
 νοις αὐτῶν δικαίοις, Νῶε καὶ Ἐνώχ καὶ Ἰακώβ,
 καὶ εἰ τινες ἄλλοι γεγονάσι, σωθήσονται σὺν τοῖς
 ἐπιγνοῦσι τὸν Χριστὸν τοῦτον (94) τοῦ Θεοῦ Υἱὸν,
 ὃς καὶ πρὸ ἑωσφόρου καὶ σελήνης ἦν, καὶ διὰ τῆς

³⁴ Ezech. xiv, 20. ³⁵ Isa. lxxvi, 24.

recedit Justinus, et hoc loco Jacobi nomen, quod
 fortasse illius memoriam pro Jobo subiit, aptissi-
 mum erat ad refellendam Jacobi posterorum arro-
 gantiam.

(90) Ὡς τεμόντας. Legendum videtur ὥστε τε-
 μόντας

(91) Alii quoque abluitionem istam de Christiano-
 rum baptismate sunt interpretati, ut Cyprian. *adv.*
Jud., 1, 24. ΟΤΤΟ.

(92) Σωθήσεται. Legit Cl. Thirlbius δικαιοσύνη
 σωθήσεται, δηλονότι, vel, δικαιοσύνη δηλονότι σω-
 θήσεται· δηλονότι.

(93) Τοὺς πειθομένους αὐτοῖς. Vel legendum
 αὐτῷ, vel, si nihil mutetur, illud αὐτοῖς intelligen-
 dum de iis, quæ præcipiuntur in lege. *Mo* pro
 γίνεσθαι legit τινά Cl. Thirlbius.

(94) Σὺν τοῖς ἐπιγνοῦσι τὸν Χριστὸν τοῦτον.
 Illud, ἐπιγνοῦσι, de iis intelligendum qui post Christi
 adventum fuere. Neque enim duos ordines salva-
 dorum instituit Justinus, quorum alii Christum
 cognoverint, sive in eum crediderint, alii non;
 nec quidquam magis alienum a S. martyris do-
 ctrina, quam Christum veteribus patriarchis cog-
 nitum negare

Παρθένου ταύτης τῆς ἀπὸ τοῦ γένους τοῦ Δαβὶδ γεννηθῆναι σαρκοποιηθεὶς ὑπέμεινεν, ἵνα διὰ τῆς οἰκονομίας ταύτης ὁ πονηρευσάμενος τὴν ἀρχὴν ὄψις, καὶ οἱ ἐξομοιωθέντες αὐτῷ ἄγγελοι καταλυθῶσι, καὶ ὁ θάνατος καταφρονηθῆ, καὶ ἐν τῇ δευτέρᾳ αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ παρουσίᾳ ἀπὸ τῶν πιστευόντων αὐτῷ καὶ εὐαρέστως ζώντων παύσῃται τέλος, ὕστερον μὲν ὧν, ὅταν οἱ μὲν εἰς κρίσιν καὶ καταδίκην τοῦ πυρὸς ἀπαύστως κολάζεσθαι πεμφθῶσιν, οἱ δὲ ἐν ἀπαθείᾳ (95) καὶ ἀφθαρείᾳ καὶ ἀλυπία καὶ ἀθανασία συνῶσιν.

46. Ἐὰν δέ τινες καὶ νῦν ζῆν βούλωνται φυλάσσοντες τὰ διὰ Μωϋσέως διαταχθέντα, καὶ πιστεύωσιν ἐπὶ τοῦτον τὴν σταυρωθέντα Ἰησοῦν, ἐπιγνόντες ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ Χριστός τοῦ Θεοῦ, καὶ αὐτῷ δέδοται τὸ κρίναι πάντας ἀπλῶς, καὶ αὐτοῦ ἐστιν ἡ αἰώνιος βασιλεία, δύνανται καὶ αὐτοὶ σωθῆναι; ἐπυνθάνετό μου.

Κἀγὼ πάλιν· Συσκεψώμεθα κάκεινο, εἰ ἔνεστιν, κλεγον, φυλάσσειν τὰ διὰ Μωϋσέως διαταχθέντα ἅπαντα νῦν.

Κἀκεῖνος ἀπεκρίνατο· Οὐδὲ γινώσκωμεν γὰρ ὅτι (96), ὡς ἔφη, οὔτε πρόβατον τοῦ Πάσχα (97) ἀλλαχόσε θύειν δυνατόν, οὔτε τοὺς τῆ νηστείας κελευσθέντας προσφέρεσθαι χιμάρους, οὔτε τὰς ἄλλας ἀπλῶς ἀπάσας προσφοράς.

Κἀγὼ· Τίνα οὖν ἂ δυνατόν (98) ἐστὶ φυλάσσειν, παρακαλῶ, λέγε αὐτός· πεισθήσῃ γὰρ ὅτι, μὴ φυλάσσων τὰ αἰώνια δικαιώματά (99) τις ἢ πράξας, σωθῆναι ἐκ παντὸς ἔχει.

Κἀκεῖνος· Τὸ σαββατίζειν λέγω, καὶ τὸ περιτέμνεσθαι, καὶ τὸ τὰ ἔμμηνα φυλάσσειν, καὶ τὸ βαπτίζεσθαι ἀψάμενόν τινος ὧν ἀπηγόρευται ὑπὸ Μωϋσέως, ἢ ἐν συνουσία (1) γενόμενον.

Κἀγὼ ἔφη· Ἀβραάμ, καὶ Ἰσαάκ, καὶ Ἰακώβ, καὶ Νῶε, καὶ Ἰὼβ, καὶ εἴ τινες ἄλλοι γεγόνασι πρὸ τούτων ἢ μετὰ τούτους ὁμοίως δίκαιοι, λέγω δὲ καὶ Σάρραν τὴν γυναῖκα τοῦ Ἀβραάμ, καὶ Ρεβέκκην τὴν τοῦ Ἰσαάκ, καὶ Ραχήλ τὴν τοῦ Ἰακώβ, καὶ Λείαν, καὶ τὰς λοιπὰς ἄλλας τὰς τοιαύτας, μέχρι τῆς Μωϋσέως τοῦ πιστοῦ θεράποντος μητρὸς, μηδὲν τούτων φυλάξαντας (2), εἰ δοκοῦσιν ὑμῖν σωθῆσεσθαι;

Καὶ ὁ Τρύφων ἀπεκρίνατο· Οὐ περιετέμνητο Ἀβραάμ καὶ οἱ μετ' αὐτόν;

(95) Ἐν ἀπαθείᾳ. Præpositionem exprungit H. Stephanus.

(96) Γινώσκωμεν γὰρ ὅτι. Mendose editum fuerat ἔτι. ED. PATROL.

(97) Πρόβατον τοῦ Πάσχα. Pulsi Hierosolymis Judæi jacturam sacrificii variis modis sarcire tentabant. « Per diversa, inquit Hilarius in Psal. LVIII, n. 12, speciem sacerdotii illius legitimi et holocausti et circumcisionis imitantur. » S. Phileas martyr, instante Culciano præfecto, ut saltem Deo sacrificaret, ita respondit: « Solis Judæis præceptum fuerat sacrificare Deo soli in Hierosolyma. Nunc autem peccant Judæi in aliis locis solemnia sua celebrantes. » De iisdem S. Augustinus, lib. II *Retract.*, c. 10, sic loquitur: « Eos et nunc videmus sine sacrificiis remansisse, nisi forte quod per Pascha immolant ovem, hoc in sacrificio depute-

gine caro factus nasci sustinuit, ut per hanc dispensationem serpens ille, qui ab initio improbe egit, et assimilati ei angeli profligentur, ac mors contemnatur, et in secundo ipsius Christi adventu ab his, qui in eum credunt, et ita vivunt ut ei placeant, penitus facessat, nec jam ulla sit, cum alii quidem in judicium et condemnationem ignis perpetuo cruciandi mittentur, alii vero perpressionis et corruptionis et doloris expertem statum atque immortalitatem consequentur.

46. *Quærit Trypho, an saluus sit futurus si quis legem etiamnum observet. Probat Justinus eam nihil ad justitiam conferre.* — Si qui autem nunc etiam vivere velint, Moysis instituta servando, et credant in hunc Jesum crucifixum, agnoscentes eum esse Christum Dei, eique datum esse omnes omnino judicare, illiusque esse regnum illud quod æternum est; an ii quoque salvi esse possunt? Ita me ille interrogabat.

At ego rursus: Id quoque, inquam, una consideremus, an nunc liceat omnia servare, quæ per Moysen præscripta sunt.

Respondit ille: Nequaquam. Agnoscimus enim, quemadmodum dixisti, nec agnum Paschæ alibi immolari posse, nec hircos in jejunio jussos offerri, nec cæteras omnes omnino oblationes.

Tum ego: Quænam ergo illa sint, quæ possint observari, ipse, quæso, edissere. Tibi enim persuasum erit posse aliquem, non observatis nec perfectis æternis justitiæ præceptis, salutem omnino consequi.

At ille: Sabbata peragere, et circumcidi et menses observare, et abluere, si quid a Moyse prohibitum attigeris, vel post concubitum.

142 Tum ego: Abraham, inquam, et Isaac et Jacob et Noe et Job, et si qui alii ante vel post eos justi similiter fuere, Saram dico uxorem Abraham et Rebeccam Isaac, et Rachelem atque Liam Jacobi, et reliquas alias ejusmodi, usque ad Moysen, fidelis illius famuli, matrem, cum nihil horum custodierint, num vobis salutem videntur adepturi?

Respondit Trypho: Non circumcisisus est Abraham, et qui post eum fuere?

tur. Vide Julianum apud Cyrill. Alex., lib. IX, p. 305.

(98) Ἄ δυνατόν. Ita codex Clarom. Editi ἀδύνατον, quæ vox interpretes in magnam difficultatem conjecerat.

(99) Τὰ αἰώνια δικαιώματα. Id est, videbis salutem æternam non observatis illis mandatis, quæ tu æterna esse ac nunquam prætermittenda existimas, comparari posse; quippe cum nec circumcisionem, ut paulo post probat Justinus, ii qui ante Abraham fuerunt, nec cætera instituta ipse Abraham, ejusque usque ad Moysen posteri observaverint.

(1) Ἐν συνουσία. Codices mss. habent ad marginem ἐν οὐσίᾳ. Ita et R. Stephanus ad calcem.

(2) Φυλάξαντας. Legit Thirlbius φυλάξαντες. Paulo post legendum videtur ἐξετάσμεν τὸν λόγον.

Ego vero : Scio, inquam, Abraham ejusque poster- A
 steros circumcisos fuisse. Cur autem data illis cir-
 cuncisio fuerit, pluribus supra disserui ; et si vos
 ea, quæ dixi, non inflectunt, rem denuo examina-
 bimus. Ex justis autem hominibus neminem pror-
 sus usque ad Moysem quidquam eorum, de quibus
 modo quærebamus, præter eam, quæ ab Abrahamo
 initium habuit, circumcisionem, observasse aut
 observandi præceptum accepisse scitis.

Et ille : Scimus, inquit, et eos salvari constemur.

Ego rursum : Considerate omnia ejusmodi præ-
 cepta propter duritiam cordis populi vestri per
 Moysem vobis a Deo tradita esse ; ut pluribus hisce
 rebus admoniti, in omni actione Deum semper ante
 oculos haberetis, nec injuste aut impie agere inci-
 peretis. Nam et coccineum panniculum ut vobis
 circumponeretis præcepit ³⁶, cujus ope nulla vos
 Dei caperet oblivio ; et pbylacterium descriptis
 quibusdam litteris in membranis tenuissimis, quæ
 quidem omnino sancta esse intelligimus, jussit cir-
 cumdari ³⁷, his etiam rebus exstimulans vos, ut
 semper in memoria Deum haberetis, et simul ex-
 probrans, quod nullam illius colendi memoriam
 teneretis. Vobis tamen ne sic quidem persuasum
 est, ut simulacra ne coleretis. Eliæ enim tempore,
 eorum numerum recensens, qui genu Baali non
 flexerant, septem millia numero esse dixit : et
 apud Isaiam vobiscum expostulat, quod vestros
 etiam filios simulacris imitaveritis. Nos autem
 ne iis sacra faciamus, quibus olim fecimus, extre-
 ma supplicia perferimus, et dum occidimur, heta-
 mur, minime dubii quin nos Deus per Christum
 suum ad vitam revocaturus sit, et incorruptos ac
 perpressionis expertos et immortales facturus ; et
 quæ ob duritiam cordis populi vestri instituta sunt,
 ea nihil ad justitiæ observationem et pietatem
 afferre novimus.

47. *Cum Christianis legem observantibus commu-
 nicat Justinus. Secus catholici non pauci.*— Rursum,
 Trypho : Si quis hæc ita se habere sciens, præter-
 quam quod hunc Christum esse agnoscat, eique
 videlicet credat et obediat, hæc quoque instituta
 observare voluerit, utrum is salvabitur, ita ille
 sciscitabatur.

At ego : Ut mihi quidem videtur, o Trypho, ho-
 minem ejusmodi salvum dico futurum ; si modo
 cæteris hominibus, id est, iis qui ex gentibus per
 Christum ab errore circumcisi sunt, omnino per-
 suadere non conetur, ut eadem ac ipse observent,
 salutem eos negans adepturos, nisi hæc custodiant ;
 quale est quod et initio disputationis faciebas, cum
 pronuntiares salvum me non futurum, nisi hæc
 observarem.

³⁶ Num. xv, 38. ³⁷ Deut. vi, 6.

(3) ἄμα τε καὶ ἐλέγχον. Lego ἄμα τε καὶ ἐλέγχων ὅτι ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν. Ita etiam eruditus Lon-
 dinensis editor.

Κάγώ· Ἐπίσταμαι, ἔφην, ὅτι περιετέμνητο Ἀβραάμ
 καὶ οἱ μετ' αὐτόν. Διὰ τί δὲ ἐδόθη αὐτοῖς ἡ περι-
 τομή, ἐν πολλοῖς τοῖς προλελεγμένοις εἶπον, καὶ εἰ
 μὴ δυσωπεῖ ὑμᾶς τὰ λεγόμενα, πάλιν ἐξετάσωμεν
 τὸν λόγον. Ὅτι δὲ μέχρι Μωϋσέως οὐδεὶς ἀπλῶς
 δίκαιος οὐδὲν ὄλως τούτων περὶ ὧν ἐζητοῦμεν ἐφύ-
 λαξεν, οὐδὲ ἐντολὴν ἔλαβε φυλάσσειν, πλὴν τὴν ἀρ-
 χὴν λαβούσης ἀπὸ Ἀβραάμ τῆς περιτομῆς, ἐπί-
 στασθε.

Κάκεινος· Ἐπιστάμεθα, ἔφη· καὶ ὅτι σώζονται
 ὁμολογοῦμεν.

Κάγώ πάλιν· Διὰ τὸ σκληροκάρδιον τοῦ λαοῦ
 ὑμῶν πάντα τὰ τοιαῦτα ἐντάλματα νοεῖτε τὸν Θεὸν
 διὰ Μωϋσέως ἐντειλάμενον ὑμῖν, ἵνα διὰ πολλῶν τού-
 των ἐν πάσῃ πράξει πρὸ ὀφθαλμῶν αἰεὶ ἔχητε τὸν
 Θεὸν, καὶ μὴτε ἀδικεῖν μὴτε ἀσεβεῖν ἀρχησθε. Καὶ
 γὰρ τὸ κόκκινον βάμμα περιτιθέσθαι αὐτοῖς ἐνετεί-
 λατο ὑμῖν, ἵνα διὰ τούτου μὴ λήθῃ ὑμᾶς λαμβάνη
 τοῦ Θεοῦ, καὶ φυλακτήριον ἐν ὑμέσιν λεπτοτάτοις γε-
 γραμμένων χαρακτήρων τινῶν, ἃ πάντως ἄγρια νοοῦμεν
 εἶναι, περιχεῖσθαι ὑμᾶς ἐκέλευσε· καὶ διὰ τούτων
 δυσωπῶν ὑμᾶς αἰεὶ μνήμην ἔχειν τοῦ Θεοῦ, ἄμα τε
 καὶ ἐλέγχον (3) ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, οὐδὲ μικρὰν
 μνήμην ἔχετε τοῦ θεοσεβεῖν· καὶ οὐδ' οὕτως ἐπει-
 σθητε μὴ εἰδωλολατρεῖν· ἀλλ' ἐπὶ Ἡλίου ὀνομάζων
 τὸν ἀριθμὸν τῶν μὴ καμψάντων γόνου τῆ Βάαλ,
 ἑπτακισχιλίου τὸν ἀριθμὸν ὄντας εἶπε· καὶ ἐν τῷ
 Ἡσαΐα καὶ τὰ τέκνα ὑμῶν θυσίαν πεποιηκέναι τοῖς
 εἰδώλοις ἐλέγχει ὑμᾶς. Ἡμεῖς δὲ, ὑπὲρ τοῦ μὴ θυ-
 σιάζειν οἷς πάλαι ἐθύομεν, ὑπομένομεν τὰς ἐσχάτας
 τιμωρίας, καὶ θανατούμενοι χαίρομεν· πιστεύοντες
 ὅτι ἀναστήσει ἡμᾶς ὁ Θεὸς διὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ,
 καὶ ἀφάρτους καὶ ἀπαθεῖς καὶ ἀθανάτους ποιήσει,
 καὶ οὐδὲν συμβάλλεσθαι πρὸς δικαιοπραξίαν καὶ εὐ-
 σέβειαν τὰ διὰ τὴν σκληροκαρδίαν τοῦ λαοῦ ὑμῶν
 διαταχθέντα γινώσκομεν.

47. Καὶ ὁ Τρύφων πάλιν· Ἐάν δέ τις, εἰδὼς ὅτι
 ταῦτα οὕτως ἔχει, μετὰ τοῦ καὶ τοῦτον εἶναι τὸν
 Χριστὸν ἐπίστασθαι δηλονότι, καὶ πεπιστευκέναι καὶ
 πεῖθεσθαι αὐτῷ, βούλεται καὶ ταῦτα φυλάσσειν, σω-
 θήσεται ; ἐπυνθάνετο.

Κάγώ· Ὡς μὲν ἐμοὶ δοκεῖ, ὦ Τρύφων, λέγω ὅτι
 σωθήσεται ὁ τοιοῦτος, ἐάν μὴ τοὺς ἄλλους ἀνθρώ-
 πους, λέγω δὴ τοὺς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν διὰ τοῦ Χριστοῦ
 ἀπὸ τῆς πλάνης περιτμηθέντας, ἐκ παντὸς πείθειν
 ἀγωνίζηται, ταῦτά αὐτῷ φυλάσσειν, λέγων οὐ σω-
 θήσεσθαι αὐτοὺς, ἐάν μὴ ταῦτα φυλάξωσιν· ὁποῖον
 ἐν ἀρχῇ τῶν λόγων καὶ σύ Ἐπραττες, ἀποφαινόμε-
 νος οὐ σωθήσεσθαι με, ἐάν μὴ ταῦτα φυλάξω.

Κάκεινος· Διὰ τί οὖν εἶπας· « Ὅς μὲν ἐμοὶ δοκεῖ, ἂν σωθῆσεται ὁ τοιοῦτος, » εἰ μὴ τι (4) εἰσὶν οἱ λέγοντες ὅτι οὐ σωθήσονται οἱ τοιοῦτοι;

Εἰσὶν, ἀπεκρινάμην, ὦ Τρύφων, καὶ μηδὲ κοινωνεῖν ὁμιλίας ἢ ἐστίας τοῖς τοιοῦτοις (5) τολμῶντες· οἷς ἐγὼ οὐ συναινός εἰμι. Ἄλλ' ἐὰν αὐτοὶ διὰ τὸ ἀσθενὲς τῆς γνώμης καὶ τὰ ὅσα δύνανται νῦν ἐκ τῶν Μωυσέως, ἃ διὰ τὸ σκληροκάρδιον τοῦ λαοῦ νοοῦμεν διατετάχθαι, μετὰ τοῦ ἐπὶ τοῦτον τὸν Χριστὸν ἐλπίζειν, καὶ τὰς αἰωνίους καὶ φύσει δικαιοπραξίας καὶ εὐσεβείας φυλάσσειν βούλωνται, καὶ αἰρῶνται συζῆν τοῖς Χριστιανοῖς καὶ πιστοῖς, ὡς προεῖπον, μὴ πείθοντες αὐτοὺς μήτε περιτέμενεσθαι ὁμοίως αὐτοῖς, μήτε σαββατίζειν, μήτε ἄλλα ὅσα τοιαῦτά ἐστι τηρεῖν, καὶ προσλαμβάνεσθαι, καὶ κοινωνεῖν ἀπάντων, ὡς ὁμοσπλάγγχοις καὶ ἀδελφοῖς, δεῖν ἀποφαίνεσθαι (6). Ἐὰν δὲ οἱ ἀπὸ τοῦ γένους τοῦ ὑμετέρου πιστεύειν λέγοντες ἐπὶ τοῦτον τὸν Χριστὸν, ὦ Τρύφων, ἔλεγον, ἐκ παντὸς κατὰ τὸν διὰ Μωυσέως διαταχθέντα νόμον ἀναγκάζωσι ζῆν τοὺς ἐξ ἔθνῶν πιστεύοντας ἐπὶ τοῦτον τὸν Χριστὸν, ἢ μὴ κοινωνεῖν αὐτοῖς τῆς τοιαύτης συνδιαγωγῆς αἰρῶνται, ὁμοίως καὶ τούτους οὐκ ἀποδέχομαι. Τοὺς δὲ πειθομένους αὐτοῖς ἐπὶ τὴν ἔννομον πολιτείαν, μετὰ τοῦ φυλάσσειν τὴν εἰς τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ ὁμολογίαν, καὶ σωθῆσεσθαι ἴσως ὑπολαμβάνω. Τοὺς δὲ ὁμολογήσαντας καὶ ἐπιγνόντας τοῦτον εἶναι τὸν Χριστὸν, καὶ ἡτινιοῦν αἰτίᾳ μεταβάντας ἐπὶ τὴν ἔννομον πολιτείαν, ἀρνησαμένους ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστός, καὶ πρὶν τελευτῆς μὴ μεταγνόντας, οὐδὲ ὅπως σωθῆσεσθαι ἀποφαίνομαι. Καὶ τοὺς ἀπὸ τοῦ σπέρματος τοῦ Ἀβραάμ ζῶντας κατὰ τὸν νόμον, καὶ ἐπὶ τοῦτον τὸν Χριστὸν μὴ πιστεύοντας πρὶν τελευτῆς τοῦ βίου, οὐ σωθῆσεσθαι ὁμοίως ἀποφαίνομαι (καὶ μάλιστα τοῖς, ἐν ταῖς συναγωγαῖς καταναθεματίσαντας καὶ καταναθεματίζοντας ἐπ' αὐτὸν τοῦτον τὸν Χριστὸν) καὶ πᾶν ὅπως (7) τύχῃσι τῆς σωτηρίας, καὶ τῆς τιμωρίας τῆς ἐν τῷ πυρὶ ἀπαλλαγῶσιν. Ἡ γὰρ χρηστότης καὶ ἡ φιλανθρωπία τοῦ Θεοῦ καὶ τὸ

(4) *Ei μή τι.* Legendum forte εἰ μὴ ὅτι (*nisi quia*), vel, cum Pearsono, μὴ τι (*numi*), sine εἰ quod docto viro redundare videtur. ED. PATROL.

(5) *Τοιοῦτοις.* Hoc est qui postea quam Jesum esse Christum agnoverint, legis quoque instituta volunt observare. (Trypho paulo ante: Μετὰ τοῦ καὶ τοῦτον εἶναι τὸν Χριστὸν ἐπίστασθαι... βούλεται καὶ ταῦτα φυλάσσειν), id quod in causa erat cur nonnulli a communione illos excluderent. OTTO

(6) *Δεῖν ἀποφαίνεσθαι.* Vel legendum ἀποφαίνομαι, cum Sylburgio vel potius illud ἀποφαίνεσθαι referendum ad superiora verba, quasi scriptum esset: Ἄλλ' συναινός εἰμι τοῦ ἀποφαίνεσθαι. De hac sancti martyris lenitate nonnulla disserimus in Præfatione. Nunc satis est observare: 1° Hos Mosaicæ legis cum Evangelii professione cultores nondum ab omnibus Ecclesiis damnatos fuisse, cum Justinus hæc scriberet. Neque enim solus erat Justinus qui cum eis communicaret; quin etiam in ambiguo reliquit, utrum plures essent qui eos rejicerent, quam qui admitterent. Sed tandem in apertum schisma res est perducta. Nam testatur Hieronymus ep. 80, ejusmodi homines, quos Nazareos vocat, et a Christianis damnari, quamvis crederent et in Filium Dei natum

143 At ille: Cur igitur dixisti: « Ut mihi quidem videtur, talis salvus erit, » nisi quia sunt, qui tales negent salvos futuros?

Sunt, inquam, o Trypho; quique cum eis nec sermonis, nec hospitii communione conjungi audeant; quibus ego non assentior. Sed si ob animi infirmitatem etiam quæcunque nunc possunt ex iis, quæ a Moyse propter duritiam cordis populi instituta novimus, cum spe in hunc Christum et æternorum ac naturalium justitiæ et pietatis præceptorum observatione conjungere voluerint; modo cum Christianis et fidelibus vivere non recusent, nec iis, ut jam dixi, suadeant, ut similiter ac ipsi circumcidantur, aut sabbata et alia ejusmodi custodiant; eos suscipiendos esse et cum iis omnium rerum communionem, ut eum hominibus eodem modo affectis et fratribus, tenendam esse censeo. Sin autem, Trypho, qui ex vestro genere in hunc Christum sese dicunt credere, eos qui ex gentibus in hunc Christum credunt, omnino secundum legem per Moysen institutam cogant vivere, aut ejusmodi consuetudine cum eis conjungi nolint, non sane hos etiam similiter probaverim. Qui vero ab eis ad legis observationem cum confessione in Christum Dei conjungendam adducti fuerint, eos forsitan etiam salutem adepturos suspicor. At qui postquam confessi fuerint et agnoverint hunc esse Christum, quacunque de causa ad legis observationem traducti negaverint hunc esse Christum, nec pœnitentiam ante mortem egerint, nullam iis salutem fore assevero. Et qui ex semine Abraham orti secundum legem vixerint, nec ante vitæ exitum in hunc Christum crediderint, similiter salvos minime facturos esse confirmo (eos præsertim qui in synagogis execrati sunt et execrantur hunc Christum), omnino enim salutem assequerentur, et ab ignis supplicio liberarentur. Nam qui pœnitentiam peccatorum agit, eum benignitas et humanitas Dei et immensitas divitiarum

ex Virgine Maria, » et a Judæis, quamvis legem observarent, ita ut nec Christiani essent nec Judæi. 2° Eos de Christi divinitate consensisse et ab Ebionitis longe diversos fuisse patet. Hoc enim semper Justinum inter et Tryphonem convenit, nulla re illos a cæteris Christianis discrepare, nisi legis observatione, nec aliud causæ suberat, cur eos a communione excluderent nonnulli. — *Δεῖν ἀποφαίνομαι.* Ita jam Sylburgio observante martyr sine dubio scripsit; nempe eodem modo et paulo infra bis et alibi ἀποφαίνομαι sæpe occurrit. In codic. mss. et editis δεῖν ἀποφαίνεσθαι, quod solus Maranus sic defendere studet, ut ἀποφαίνεσθαι ad superiora verba referat, quasi scriptum sit ἀλλ' συναινός εἰμι τοῦ (?) ἀποφαίνεσθαι. OTTO.

(7) *Καὶ πᾶν ὅπως.* Hujus loci intelligentia ex his quæ præcedunt et quæ sequuntur repetenda, idque parenthesis ope facilius animadvertitur. Legendum ergo videtur καὶ πᾶν ὅπως, etc., subintelligendo videlicet, si ante mortis exitum credant. Langus sic legit: Καταναθεματίζοντας τοὺς ἐπ' αὐτὸν τὸν Χριστὸν πιστεύοντας καὶ μὴ μετανοούντας καὶ πᾶν πράττοντας ὅπως, etc. Sylburgius eodem modo legit, nisi quod illud καὶ πᾶν πράττοντας refert ad τοὺς πιστεύοντας, recisis illis vocibus καὶ μὴ μετανοούντας.

ejus, quemadmodum per Ezechielem declarat ²⁸, A perinde ac justum et peccato carentem habet; qui autem a pietate et justitiæ observatione ad injustitiam et impietatem delabitur, eum ut peccatorem et injustum et impium numerat. Quapropter Dominus noster Jesus Christus dixit: « In quibus vos deprehendero, in his et judicabo. »

48. *Antequam probet divinitatem Christi, postulat ut fixum maneat eum esse Christum.* — Hic Trypho: Et his de rebus quid sentires, audivimus. Repetens igitur sermonem, in quo desieras, absolve. Nam mirabilis quidam mihi videtur, et qui prorsus demonstrari non possit. Quod enim ais præexistisse Deum **144** ante sæcula hunc Christum, ac deinde etiam nasci hominem factum sustinuisse, nec hominem ex hominibus esse, id non solum ab opi- B nione abhorrens mihi videtur, sed etiam stultum.

Ad hæc ego: Scio, inquam, hanc doctrinam ab opinione abhorrentem videri, præsertim vestri generis hominibus, qui quæ Dei sunt nec intelligere nec facere unquam voluistis, sed quæ magistrorum vestrorum, quemadmodum ipse Deus clamat ²⁹. Sed tamen, Trypho, nequaquam irritum et infectum erit quod demonstravi, hunc esse Christum Dei, si demonstrare non possim illum etiam præexistisse Filium Creatoris universorum, Deum existentem, et hominem ex Virgine genitum esse. Sed cum omnino demonstratum sit hunc esse Christum Dei, qualiscunque ille sit; si minus demonstravero præexistisse et hominem per passionibus nostris obnoxium, et carnem habentem nasci, se- C cundum Patris voluntatem sustinuisse; in hoc tantum æquum fuerit me errasse dicere, nequaquam autem negare eum Christum esse, etiamsi homo ex hominibus genitus videatur, nec quidquam am-

²⁸ Ezech. xxxiii, 11-20. ²⁹ Isa. xxix, 15.

(8) *Ἐν οἷς ἄν ὑμᾶς.* Hanc sententiam, quam nonnulli ecclesiastici scriptores Deo per prophetatum aliquem loquenti attribuunt, ex Evangelio secundum Hebræos a Justino depromptam existimat Græbius, *Spicileg.* tom. 1, p. 14.

(9) *Παράδοξός τις γάρ ποτε.* Redundat postrema vox et vacat, nec videtur collocanda post δυνάμενος, ut placuit Sylburgio.

(10) *Τοιοῦτον.* Legendum τοῦτον, quod olim monuit vir magnus Hugo Grotius *ad Luc.* xxiii, 35, et nuper doctissimus Bullus in *Judicio Eccles. cath.*, p. 69. Langus etiam vertit, « Christum hunc esse Dei. » THIRLBIUS.

(11) *Ἐὰν δὲ μὴ ἀποδεικνύω.* Redundat hoc loco illud δέ, ut initio *Apol.* 1, et sæpe alias. Hac autem præfatione, quam Justinus futuræ disputationi præmittit, mirum in modum abusi sunt et remonstrantes in sua *Apologia* adversus professores Leydenses, et Episcopus in pluribus ad hujus *Apologiae* defensionem elucubrationibus, et multi alii. Contendunt Justinum hoc tantum a Judæis, ut Jesum credant esse Christum, nihil amplius petere, et idcirco ad imitandum eis proponere exemplum nonnullorum Christianorum, qui quamvis Jesum negarent Deum, Christum tamen non negabant. Nihil absurdius his ratiocinationibus. Cum metue-

αμετρον τοῦ πλούτου αὐτοῦ τὸν μετανοοῦντα ἀπὸ τῶν ἀμαρτημάτων, ὡς δι' Ἰεζεκιήλ μὴνύει, ὡς δίκαιον καὶ ἀναμάρτητον ἔχει· καὶ τὸν ἀπὸ εὐσεβείας ἢ δικαιοπραξίας μετατιθέμενον ἐπὶ ἀδικίαν καὶ ἀθεότητα ὡς ἀμαρτωλὸν καὶ ἀδίκον καὶ ἀσεβῆ ἐπίσταται. Διὸ καὶ ὁ ἡμέτερος Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἶπεν· « Ἐν οἷς ἄν ὑμᾶς (8) καταλάβω, ἐν τούτοις καὶ κρινῶ. »

48. Καὶ ὁ Τρύφων· Καὶ περὶ τούτων ὅσα φρονεῖς ἀκηκόαμεν, εἶπεν. Ἀναλαβὼν οὖν τὸν λόγον ὁθεὶν ἐπαύσω, πέραίνε· παράδοξός τις γάρ ποτε (9) καὶ μὴ δυνάμενος ὅλως ἀποδειχθῆναι· δοκεῖ μοι εἶναι. Τὸ γὰρ λέγειν σε προϋπάρχειν Θεὸν ὄντα πρὸ αἰώνων τοῦτον τὸν Χριστὸν, εἶτα καὶ γεννηθῆναι ἄνθρωπον γενόμενον ὑπομείναι, καὶ ὅτι οὐκ ἄνθρωπος ἐξ ἀνθρώπου, οὐ μόνον παράδοξον δοκεῖ μοι εἶναι, ἀλλὰ καὶ μωρόν. B

Κἀγὼ πρὸς ταῦτα ἔφην· Οἶδ' ὅτι παράδοξος ὁ λόγος δοκεῖ εἶναι, καὶ μάλιστα τοῖς ἀπὸ τοῦ γένους ὑμῶν, οἵτινες τὰ τοῦ Θεοῦ οὔτε νοῆσαι οὔτε ποιῆσαι ποτε βεβούλησθε, ἀλλὰ τὰ τῶν διδασκάλων ὑμῶν, ὡς αὐτὸς ὁ Θεὸς βοᾷ. Ἦδη μέντοι, ὦ Τρύφων, εἶπον, οὐκ ἀπόλλυται τὸ τοιοῦτον (10) εἶναι Χριστὸν τοῦ Θεοῦ, ἐὰν ἀποδείξαι μὴ δύνωμαι ὅτι καὶ προϋπῆρχεν Υἱὸς τοῦ Ποιητοῦ τῶν ὅλων, Θεὸς ὢν, καὶ γεγέννηται ἄνθρωπος διὰ τῆς Παρθένου. Ἀλλὰ ἐκ παντὸς ἀποδεικνυμένου, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστὸς ὁ τοῦ Θεοῦ, ὅστις οὗτος ἐστίν, ἐὰν δὲ μὴ ἀποδεικνύω (11) ὅτι προϋπῆρχε, καὶ γεννηθῆναι ἄνθρωπος ὁμοιοπαθῆς ἡμῖν, σάρκα ἔχων, κατὰ τὴν τοῦ Πατρὸς βουλήν ὑπέμεινεν, ἐν τούτῳ πεπλανῆσθαι με μόνον λέγειν δίκαιον, ἀλλὰ μὴ ἀρνεῖσθαι ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστὸς, ἐὰν φαίνεται ὡς ἄνθρωπος ἐξ ἀνθρώπων γεννηθεὶς, καὶ ἐκλογῆ γενόμενος εἰς τὸν Χριστὸν εἶναι (12) ἀποδεικνύεται. Καὶ γὰρ εἰσὶ τινες, ὦ φίλοι, ἔλεγον, ἀπὸ

ret Justinus ne sibi elaberetur inconstans et fugitivus Tryphonis animus, hac eum admonitione et lege, veluti quodam nodo, constringere conatur, ut assensum suum iis, quæ jam disputata fuerant, ne retrahat, etiamsi minus assentiatur iis quæ deinceps disserentur. Idem ergo facit Justinus, quod solers et prudens quisque disputator; nec ea parvi pendit quæ dicere parabat, sed curat ut in tuto sint quæ jam dixerat. Eorum autem exemplum, qui Jesum negabant Deum, sed Christum esse fatebantur, non eo spectat, ut detestabiles hæretici probentur, sed ut constet Jesum esse Christum, cum id negare non audeant, qui certissima quæque negant. Nota omnibus scriptoribus hæc disputandi ratio. Sic Novatianus (ut alios omittam) Ebionitis et Artemonitis objicit exemplum aliorum hæreticorum, qui veritatis luce percussi divinitatem Christi non negabant, quamvis in alios errores nequissimos impigissent, *De Trin.* c. 18

(12) *Ἐκλογῆ γενόμενος εἰς τὸν Χριστὸν εἶναι.* Quidam post R. Stephanum legunt ἐκλογῆ γενόμενος. Atque hanc equidem conjecturam nec repudio, nec tamen omnino necessariam puto. Præscriptum hujus loci vitium videtur residere in his vocibus, εἰς τὸν Χριστὸν εἶναι, pro quibus lego εἰς τὸ Χριστὸν εἶναι.

τοῦ ἡμετέρου γένους (15) ὁμολογοῦντες αὐτὸν Χριστὸν εἶναι, ἄνθρωπον δὲ ἐξ ἀνθρώπων γενόμενον ἀποφαινόμενοι· οἷς οὐ συντίθεμαι, οὐδ' ἂν (14) πλείστοι (15) ταῦτά μοι (16) δοξάσαντες εἶποιεν· ἐπειδὴ οὐκ ἀνθρωπείους διδάγμασι κεκελεύσμεθα ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ πείθεσθαι, ἀλλὰ τοῖς διὰ τῶν μακαρίων προφητῶν κηρυχθεῖσι καὶ δι' αὐτοῦ διδαχθεῖσι.

etrinis jussi sumus ab ipso Christo credere, sed iis quæ a beatis prophetis prædicata et ab ipso tra-

49. Καὶ ὁ Τρύφων· Ἐμοὶ μὲν δοκοῦσιν, εἶπεν, οἱ λέγοντες ἄνθρωπον γεγονέναι αὐτὸν, καὶ κατ' ἐκλογὴν κεχρῖσθαι, καὶ Χριστὸν γεγονέναι, πιθανώτερον ὑμῶν λέγειν τῶν ταῦτα ἄπερ φῆς λεγόντων. Καὶ γὰρ πάντες ἡμεῖς τὸν Χριστὸν ἄνθρωπον ἐξ ἀνθρώπων προσδοκῶμεν γενήσεσθαι, καὶ τὸν Ἥλιαν χρῖσαι αὐτὸν ἐλθόντα. Ἐὰν δὲ οὗτος φαίνεται ὢν ὁ Χριστὸς, ἄνθρωπον μὲν ἐξ ἀνθρώπων γενόμενον ἐκ παντὸς ἐπίστασθαι δεῖ· ἐκ δὲ τοῦ μηδὲ Ἥλιαν ἐληλυθέναι, οὐδὲ τοῦτον ἀποφαίνομαι εἶναι.

Κἀγὼ πάλιν ἐπιθόμην αὐτοῦ· Οὐχὶ Ἥλιαν φησὶν

(15) Ἀπὸ τοῦ ἡμετέρου γένους. Ex his verbis Episcopus et alii colligunt hos Justinii adversarios communionem conjunctos cum eo et cum aliis catholicis fuisse. Bullus et uterque Londinensis editor legunt ἀπὸ τοῦ ἡμετέρου γένους, quia Ebionitæ a Judæis orti. Clericus, *Hist. eccles.*, p. 676, legendum esse ἀπὸ τοῦ ἡμετέρου, ac de Ebionitis Justinum non loqui contendit. Levissima mihi lis cum Bullo, tota adversus Episcopium et Clericum erit contentio. Nam retinendum illud ἀπὸ τοῦ ἡμετέρου, sed de Ebionitis intelligendum sic probo: 1° His verbis, οὐδ' ἂν πλείστοι, quæ paulo post sequuntur, non solum catholicos omnes, sed etiam plurimas sectas, quæ Christi divinitatem tenebant, comprehendit Justinus, ut modo videbimus. Ergo in paucis illis hujus dogmatis hostibus non ductam ex Judæis originem considerat, sed quamdam nominis communitatem cum aliis Christianis, tum catholicis, tum hæreticis; ac proinde retinendum illud ἀπὸ τοῦ ἡμετέρου, ac de Ebionitis accipiendum. 2° Justinus infra n. 82, de hæreticis agens ait: Καὶ παρ' ἡμῖν νῦν πολλοὶ εἰσι καὶ ψευδοδιδάσκαλοι. Cur ergo de Ebionitis agens non diceret eos esse « ex nostro genere. » Vide n. 55, et *Apol.* 1, n. 26. Quod si Justinii verba hæreticis aptari possunt, de aliis quam hæreticis intelligi non possunt. Constat enim secundo sæculo hæreticos exstitisse, qui Christi divinitatem negarent: at catholicos exstitisse, qui hanc impietatem profiterentur, nec excluderentur a communionem, non modo non constat, sed etiam omnibus testimoniis et historiæ monumentis repugnat. Quomodo ergo verba Justinii, cum iis, quos tunc certo scimus exstitisse, conveniant, in eos detorqueantur, quos nullos prorsus novimus? 3° « Nostros » appellare solent hæreticos catholici, cum eos Judæis, ut hoc loco Justinus, aut gentilibus opponunt. Vide Origen. *in Levit.* p. 88, *in Cels.* lib. III, pag. 118 et 2, *De princip.* cap. 10. Gregor. Naz. *Orat.* 37, p. 595. Hieronym. *Præfat.* lib. XI, *in Isai.* 4° Justinus duo tantum doctrinæ genera agnoscit, doctrinam Christi et doctrinam spirituum erroris, et cum iis, qui doctrinam erroris spirituum sequuntur, nullam esse catholicis communionem declarat, num. 35. Sic etiam hoc ipso in loco, qui nunc in manibus est, doctrinam eorum, qui Christi divinitatem negabant, opponit ei doctrinæ, cui

plius demonstratur, nisi eum electione consecutum esse, ut Christus esset. Sunt enim quidam, amici, ex genere nostro, qui eum Christum esse contententur, quamvis hominem ex hominibus genitum pronuntient; quibus ego non assentior, nec assentirer, etiamsi maxima pars, quæ mecum 145 consentit, idem diceret; neque enim humanis doctrinis quæ a beatis prophetis prædicata et ab ipso tra-

49. *Objicientibus nondum advenisse Eliam respondet Joannem esse præcursorem primi adventus.* — Et Trypho: Mihi quidem videntur, inquit, qui illum hominem fuisse et electione unctum, ac Christum factum esse dicunt, probabilius quam vos, qui ea quæ retulisti, tenetis, dicere. Nam et nos omnes Christum hominem ex hominibus expectamus nasciturum, et ab Elia, quando is venerit, unctum iri. Quod si iste Christus esse videatur, homo ex hominibus omnino existimandus est: sed quia nondum venit Elias, neque hunc Christum esse censeo.

Rursus ergo illum percontatus sum: An non

Christus jussit ut credamus, quamque ipse tradidit et prophetæ prædicaverunt. Qui ergo cum hominibus Christum ne ex Virgine quidem natum credentibus communicasset? Huic commento repugnant tres *Dialogi* partes, ut ex analysi præmissa perspicui potest.

(14) Οὐδ' ἂν... εἶποιεν. Nostra hujus loci interpretatio confirmatur verbis sequentibus, « neque enim humanis doctrinis, » etc., quæ rationem continent, cur Justinus huic errori nunquam assensus sit, quæcumque ei obiciatur assentiendi causa. Vitiosa ergo hæc Langi interpretatio: « Quibus ego non assentior: neque id sane multi, qui in eadem mecum sententia sunt, dixerint. » Inde ortum ut Justinus, cum vehementissimus sit hoc loco, frigidior tamen visus sit Episcopo et Clerico, quam ut illum de hominibus a communionem Ecclesiæ abscissis loqui crederent. Perionius fere ut Langus: « Quibus ego non assentior, nec plurimi, qui idem quod ego sentiant, asseverabunt. » Gelenius: « Quibus non assentior, ne si maxima quidem esset turba sic opinantium. » Thirlbius non absimilia proponit: « Neque, etiamsi multo plures essent, assentirer. » Sed hæc interpretatio cum nonnulla alia peccat, tum illud etiam quod nihil habet de magna illa eorum, qui idem ac Justinus sentiebant, multitudinem, quam a Justino commemoratam fuisse patet ex sequentibus Tryphonis verbis.

(15) Πλείστοι. Manifestum est ex hac voce Justinum non solis catholicis hoc testimonium tribuere, sed pluribus etiam sectis, quæ Jesum, ut antea dicebat, n. 35, et Dominum et Christum esse confitebantur. Si de solis catholicis locutus esset, non maximam partem, sed, ut solet, totam Ecclesiam dixisset. Sic enim, ubi de hæreticis loquitur p. 55 et 80, catholicos ita inter se consentire docet, ut nullam prorsus communionem habeant cum iis qui non Christi, sed spirituum erroris doctrinam sequuntur. Hinc etiam n. 65, catholicos velut unam animam esse et unam synagogam docet. Igitur maxima illa pars non catholicorum intelligenda est, sed eorum qui nomen Christianorum ferebant.

(16) Ταῦτά μοι. Ad verbum: « Etiamsi maxima pars, quæ mecum (hactenus) consensit, vel, postquam mecum (hactenus) consensit, id diceret. » Scripsit R. Stephanus ταῦτά μοι.

Scriptura per Zachariam dicit Eliam ante magnum illum et terribilem Domini diem esse venturum?

Respondit ille : Maxime.

Si igitur Scriptura confiteri cogit duplicem Christi adventum esse prædictum : alterum in quo perperationibus obnoxius et inglorius et informis apparebit ; alterum in quo circumfluens gloria et omnium iudex adveniet, quemadmodum et supra plurimis demonstratum est ⁴⁶; an non id a divino verbo prædicatum intelligemus, Eliam terribilis et magni diei, id est secundi ejus adventus præcursorem futurum?

Maxime, respondit ille.

Atque hoc ipsum, aiebam, Dominus noster inter ea quæ docuit, futurum esse tradidit, cum Eliam quoque dixit esse venturum. Quod quidem nos futurum esse scimus cum e cælis gloriose Dominus noster Jesus Christus venturus est; cujus quidem primi etiam adventus Spiritus Dei, qui in Elia fuerat, præco præcessit in Joanne vestri generis propheta, post quem nullus alius deinceps propheta apud vos exstitit. Is ad amnem Jordanem considens clamabat : « Ego quidem baptizo in aqua in pœnitentiam : veniet autem fortior me, cujus non sum dignus calceamenta portare. Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto et igni : cujus ventilabrum in manu ejus, et permundabit aream suam, et congregabit triticum in horreum, paleam autem comburet igni inexstinguibili ⁴⁷. » Atque hunc ipsum prophetam rex vester Herodes conjecerat in carcerem; cumque natalitia celebrarentur, saltante fratris filia delectatus jussit eam petere quidquid vellet. Tum puellam mater submovit, ut Joannis in vincula conjecti caput peteret; quod cum illa petisset, misit rex, et caput Joannis in lance jussit afferri. Quapropter et Christus noster, cum adhuc in terris versaretur, his qui oportere asserebant ut Elias ante Christum veniret, hæc dixit : « Elias quidem venturus est et restituet omnia. Dico autem vobis, quia Elias jam venit, et non cognoverunt eum, sed fecerunt ei quæcunque voluerunt ⁴⁸. » Et scriptum est tunc discipulos intellexisse eum de Joanne Baptista id illis dixisse.

Tum Trypho : Videtur id quoque mihi ab opinione abhorrere, quod Spiritum propheticum Dei, qui in Elia fuerat, etiam in Joanne dicis fuisse.

Ad hæc ego : Non tibi videtur idem factum **146** fuisse in Jesu filio Nave, qui populi ducendi provinciam post Moysem suscepit; Deo ipso, cum jussus est Moyses ut manus Jesu imponeret, di-

A ὁ λόγος διὰ Ζαχαρίου (17) ἐλεύσεσθαι πρὸ τῆς ἡμέρας τῆς μεγάλης καὶ φοβερᾶς τοῦ Κυρίου;

Κάκεινος ἀπεκρίνατο· Μάλιστα.

Ἐάν οὖν ὁ λόγος ἀναγκάζῃ ὁμολογεῖν, ὅτι δύο παρουσίαι τοῦ Χριστοῦ προεφητεύοντο γενησόμεναι, μία μὲν ἐν ἣ παθητὸς καὶ ἀτιμὸς καὶ ἀειδὴς φανήσεται ἡ δὲ ἑτέρα, ἐν ἣ καὶ ἐνδοξὸς καὶ κριτὴς πάντων ἐλεύσεται, ὡς καὶ ἐν πολλοῖς τοῖς προλεγεμένοις ἀποδέδεικται, οὐχὶ τῆς δευτέρας παρουσίας αὐτοῦ πρόδον γενήσεσθαι τὸν Ἥλιαν νοήσομεν τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ κεκηρυχέναι;

Μάλιστα, ἀπεκρίνατο.

B Καὶ ὁ ἡμέτερος οὖν Κύριος, ἔφην, τοῦτο αὐτὸ ἐν τοῖς διδάγμασιν αὐτοῦ παρέδωκε γενησόμενον, εἰπὼν καὶ Ἥλιαν ἐλεύσεσθαι· καὶ ἡμεῖς τοῦτο ἐπιστάμεθα γενησόμενον, ὅταν μέλλῃ ἐν δόξῃ ἐξ οὐρανῶν παραγίνεσθαι ὁ ἡμέτερος Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, οὗ καὶ τῆς πρώτης φανερώσεως κῆρυξ προῆλθε τὸ ἐν Ἠλίᾳ γενόμενον Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, ἐν Ἰωάννῃ τῷ γενομένῳ ἐν τῷ γένει ὑμῶν προφήτῃ, μεθ' ὃν οὐδεὶς ἕτερος λοιπὸς (18) παρ' ὑμῖν ἐφάνη προφήτης, ὅστις ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην ποταμὸν καθεζόμενος ἐδῶκα· « Ἐγὼ μὲν ὑμᾶς βαπτίζω ἐν ὕδατι εἰς μετάνοιαν· ἤξει δὲ ὁ ἰσχυρότερός μου, οὗ οὐκ εἰμὶ ἰκανὸς τὰ ὑποδήματα βαστάσαι· αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν Πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρὶ· Ἰοῦ τὸ πύον αὐτοῦ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, καὶ διακαθαριεῖ τὴν ἄλωνα αὐτοῦ, καὶ τὸν σίτον συνάξει εἰς τὴν ἀποθήκην, τὸ δὲ ἄχυρον καταχύσει πυρὶ ἀσθέστω. » Καὶ τοῦτον αὐτὸν τὸν προφήτην συνεκελεύει ὁ βασιλεὺς ὑμῶν Ἡρώδης εἰς φυλακὴν, καὶ γενεσίῳν ἡμέρας τελομένης, ὀρχουμένης τῆς ἐξαδελφῆς αὐτοῦ τοῦ Ἡρώδου εὐρέστως αὐτῷ, εἶπεν αὐτῇ αἰτήσασθαι ὃ ἐὰν βούληται. Καὶ ἡ μήτηρ τῆς παιδὸς ὑπέβαλεν αὐτῇ αἰτήσασθαι τὴν κεφαλὴν Ἰωάννου τοῦ ἐν τῇ φυλακῇ καὶ αἰτησάσης, ἔπεμψε, καὶ ἐπὶ πίνακι ἐναχθῆναι (19) τὴν κεφαλὴν Ἰωάννου ἐκέλευσε. Διὸ καὶ ὁ ἡμέτερος Χριστὸς εἰρήκει ἐπὶ γῆς τότε τοῖς λέγουσι πρὸ τοῦ Χριστοῦ Ἥλιαν δεῖν ἔλθειν· « Ἠλίᾳ μὲν ἐλεύσεται καὶ ἀποκαταστήσει πάντα· λέγω δὲ ὑμῖν ὅτι Ἠλίᾳ ἤδη ἦλθε, καὶ οὐκ ἐπέγνωσαν αὐτὸν, ἀλλ' ἐποίησαν αὐτῷ ὅσα ἠθέλησαν. » Καὶ γέγραπται ὅτι τότε συνῆκαν οἱ μαθηταὶ ὅτι περὶ Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ εἶπεν αὐτοῖς.

D Καὶ ὁ Τρύφων· Καὶ τοῦτο παράδοξον λέγειν μοι δοκεῖς, ὅτι τὸ ἐν Ἠλίᾳ τοῦ Θεοῦ γενόμενον προφητικὸν Πνεῦμα, καὶ ἐν Ἰωάννῃ γέγονε.

Κἀγὼ πρὸς ταῦτα· Οὐ δοκεῖ σοι ἐπὶ Ἰησοῦν τὸν τοῦ Ναυῆ, τὸν διαδεξάμενον τὴν λαογηγησίαν μετὰ Μωϋσεᾶ, τὸ αὐτὸ γεγονέναι; ὅτε ἐρρέθη τῷ Μωϋσεῖ ἐπιθεῖναι τῷ Ἰησοῦ τὰς χεῖρας, εἰπόντος αὐτοῦ τοῦ

⁴⁶ n. 14 et 32. ⁴⁷ Matth. iii, 11 et 12. ⁴⁸ Matth. xvii, 12.

(17) Διὰ Ζαχαρίου. Monuit Sylburgius Zachariam hic obrepisse pro Malachia, apud quem hæc propheta legitur cap. iv, v. 15.

(18) Λοιπός. Forte λοιπόν, sed lectio vulgata ferri potest. THIRL.

(19) Ἐναχθῆναι. Artius ἐνεχθῆναι. SYLBURGIUS.

Θεοῦ· «Κἀγὼ μεταθήσω (20) ἀπὸ τοῦ πνεύματος τοῦ ἐν σοὶ ἐπ' αὐτόν.»

Κἀκεῖνος· Μάλιστα.

Ὡς οὖν, φημί, ἔτι ὄντος τότε ἐν ἀνθρώποις τοῦ Μωσέως, μετέθηκεν ἐπὶ τὸν Ἰησοῦν ὁ Θεὸς ἀπὸ τοῦ ἐν Μωσαεὶ πνεύματος, οὕτως καὶ ἀπὸ τοῦ Ἥλιου (21) ἐπὶ τὸν Ἰωάννην ἐλθεῖν ὁ Θεὸς δυνατὸς ἦν ποιῆσαι· ἵνα ὡσπερ ὁ Χριστὸς τῇ πρώτῃ παρουσίᾳ ἄδοξος ἐφάνη, οὕτως καὶ τοῦ πνεύματος τοῦ ἐν Ἠλίᾳ πάντοτε καθαρῶντος (22), τοῦ Χριστοῦ (23), ἄδοξος ἡ πρώτη παρουσία νοηθῆ. Κρυφία γὰρ χειρὶ ὁ Κύριος πολεμεῖν τὸν Ἀμαλήκ εἴρηται, καὶ ὅτι ἔπεσεν ὁ Ἀμαλήκ οὐκ ἀρνήσεσθε. Εἰ δὲ ἐν τῇ ἐνδόξῳ παρουσίᾳ τοῦ Χριστοῦ πολεμηθήσεσθαι τὸν Ἀμαλήκ μόνον λέγεται, ποῖος καρπὸς ἐσται τοῦ λόγου, ὅς φησι· «Κρυφία χειρὶ ὁ Θεὸς πολεμεῖ τὸν Ἀμαλήκ;»^B Νοῆσαι (24) δύνασθε ὅτι κρυφία δύναμις τοῦ Θεοῦ γέγονε τῷ σταυρωθέντι Χριστῷ, ὃν καὶ τὰ δαιμόνια φρίσσει, καὶ πᾶσαι ἀπλῶς αἱ ἀρχαὶ καὶ ἐξουσίαι τῆς γῆς (25).

50. Καὶ ὁ Τρυφὼν· Ἐοικᾶς μοι ἐκ πολλῆς προστάψεως τῆς πρὸς πολλοὺς περὶ πάντων τῶν ζητούμενων γεγονέναι, καὶ διὰ τοῦτο ἐτοίμως ἔχειν ἀποκρίνεσθαι πρὸς πάντα ἃ ἂν ἐπερωτηθῆς. Ἀπόκριναί οὖν μοι πρότερον, πῶς ἔχεις ἀποδείξει, ὅτι καὶ ἄλλος Θεὸς παρὰ τὸν ποιητὴν τῶν ὄλων· καὶ τότε ἀποδείξεις ὅτι καὶ γεννηθῆναι διὰ τῆς Παρθένου ὑπέμεινε.

Κἀγὼ ἔφην· Πρότερόν μοι συγχώρησον εἰπεῖν λόγους τινὰς ἐκ τῆς Ἡσαΐου προφητείας τοὺς εἰρημένους περὶ τῆς προελεύσεως ἣν προελήλυθεν αὐτοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τούτου Ἰωάννης ὁ Βαπτιστῆς καὶ προφήτης γενόμενος.

Κἀκεῖνος· Συγχωρῶ.

Κἀγὼ εἶπον· Ἡσαΐας οὖν περὶ τῆς Ἰωάννου προελεύσεως οὕτως προεῖπε· «Καὶ εἶπεν Ἐζεχίας πρὸς Ἡσαΐαν· Ἀγαθὸς ὁ λόγος Κυρίου ὃν ἐλάλησε· γενέσθω εἰρήνη καὶ δικαιοσύνη ἐν ταῖς ἡμέραις μου.»

³³ Exod. xvii, 16. ³⁴ Isa. xxxix, 8.

(20) *Κἀγὼ μεταθήσω.* His quæ leguntur Num. xxvii, 18, et Deut. xxxiv, 9, commiscuit Justinus quæ de LXX senioribus dicit Deus Num. xi, 17. Thirlbius.

(21) *Ἀπὸ τοῦ Ἥλιου.* Forte subaudiendum πνεύματος. At legendum non videtur, ut conjicit Cl. Thirlbius τὸ τοῦ Ἥλιου vel τὸ πνεῦμα τοῦ Ἥλιου.

(22) *Τοῦ ἐν Ἠλίᾳ πάντοτε καθαρῶντος.* Spiritus ille, de quo Dominus in Joannem transtulit, semper in Elia purus exsistebat, id est minime læsus aut violatus fuit hac communicatione. Sic enim Philo, lib. *De Gigant.*, pag. 287, de spiritu Moysis, de quo Dominus transtulit, in LXX seniores: Μὴ νομίσῃς οὕτω τὴν ἀφαίρεσιν κατὰ ἀποκοπὴν καὶ διαζευξίν γίνεσθαι, ἀλλὰ οἷα γένοιντ' ἂν ἀπὸ πυρός... νῦν δὲ τὸ ἐπ' αὐτῷ πνεῦμά ἐστι τὸ σοφόν, τὸ θεῖον, τὸ ἄτμητον, τὸ ἀστεῖον, τὸ ἀδιαίρετον, τὸ πάντῃ δι' ὄλων ἐκπεπληρωμένον, ὅπερ ὠφελοῦν οὐ βλάπτεται, μεταδοθὲν ἑτέρῳ, οὐδ' αὐ προτεθὲν ἐλαττοῦται τὴν σύνεσιν, καὶ ἐπιστήμην, καὶ σοφίαν. «Cave ruites hanc ablationem fieri per abscissionem disjunctionemque, imo potius qualis ab igne sit..... Nunc autem spiritus ille, qui inest Moysi, sapiens est, divinus est, insecabilis, indivisibilis, probus,

Λ cente: «Et ego transferam de spiritu qui in te est, in ipsum.»

Tum ille: Maxime.

Quemadmodum igitur, inquam, cum adhuc Moyses inter homines versaretur, transtulit Deus in Jesum ex eo spiritu, qui erat in Moyse; ita ab Elia in Joannem transferre potuit Deus, ut quemadmodum Christus priore adventu inglorius apparuit, ita etiam illius spiritus, qui in Elia purus et integer manebat, itidem ut Christi, inglorius primus adventus intelligeretur. Occulta enim manu Dominus debellare Amalechum dicitur; nec Amalechum cecidisse negabitis. Si vero in glorioso tantum Christi adventu debellatum iri Amalechum dicatur; quis fructus erit Scripturæ dicentis: «Occulta manu Deus debellat Amalechum»³³? Occultam ergo Dei virtutem intelligere potestis in Christo crucifixo fuisse, quem demones tremunt ac omnes prorsus principatus et potestates terræ.

50. *Probat ex Isaia Joannem esse præcursorem Christi.* — Hic Trypho: Videris mihi ab assidua cum multis de omnibus rebus controversis conflictatione venisse, ac propterea paratus esse de omnibus quæ ex te quærentur, respondere. Mihi igitur prius responde, quomodo demonstrare possis alium etiam esse Deum præter creatorem universorum; tumque demonstrabis eum etiam nasci ex Virgine sustinuisse.

Tum ego: Prius per te mihi liceat nonnulla ex Isaia vaticinio verba proferre de illo præcursionis dicta munere, quo ante hunc ipsum Dominum nostrum Jesum Christum Joannes Baptista et propheta perfunctus est.

Per me licet, inquit ille.

Tum ego: Isaias igitur de Joannis præcursionis ita prædixit: «Et dixit Ezechias Isaia: Bonum verbum Domini, quod locutus est: Fiat pax et justitia in diebus meis»³⁴. Et: «Consolamini po-

ubique implens omnia; dum prodest, non læditur, dum communicatur alteri, vel etiam extenditur (legendum enim videtur προταθέν vel παραταθέν), non imminuitur intellectu, scientia et sapientia.» Sic etiam Clemens Strom. vi, p. 675, Spiritum sanctum distribui docet: κατὰ τὴν ἐκάστου περιγραφὴν ἀπεριγράφως, «secundum uniuscujusque circumscriptionem incircumscriptione.» S. Basilus lib. *De Spir. S.*, c. 9, divinitatem S. Spiritus probat, quia «sic dividitur ut ipse nihil patiat, ita communicatur ut maneat integer, ἀπαθῶς μεριζόμενον καὶ ὀλοσχερῶς μετεχόμενον. Basilium imitatur Ambrosius lib. i *De Spiritu sancto*, c. 8.

(23) *Τοῦ Χριστοῦ.* Legendum ὡς τοῦ Χριστοῦ, quæ particula videtur a librariis omissa ob similem sonum syllabæ præcedentis. Legit eruditus Londinensis editor πάντοτε καθαρμωσθέντος (vel καθαρμώζοντος) τῷ Χριστῷ. Sed id nemini puto probatum iri.

(24) *Νοῆσαι.* Νοῆσαι οὖν, aut aliquid simile placuit Sylburgio.

(25) *Τῆς γῆς.* Hæc omnino defendenda putat Cl. Thirlbius; sed vide n. 131.

pulum; sacerdotes, loquimini ad cor Hierusalem, et consolamini eam; quia repleta est humilitas ejus. Solutum est peccatum illius, quia recepit de manu Domini duplicia peccata sua. Vox clamantis in deserto: Parate vias Domini; rectas facite semitas Dei nostri. Omnis vallis implebitur, et omnis mons et collis humiliabitur: et erunt omnia prava in directum, et aspera in vias planas; et apparebit gloria Domini: et videbit omnis caro salutare Dei; quia Dominus locutus est. Vox dicentis: Clama, et dixi: **147** Quid clamabo? Omnis caro fenum et omnis gloria hominis, quasi flos feni. Aruit fenum, et flos ejus cecidit; verbum autem Domini manet in sempiternum. Super montem excelsum ascende, qui evangelizas Sion; exalta in fortitudine vocem tuam, qui evangelizas Hierusalem. Exaltate, nolite timere: dic civitatibus Juda: Ecce Deus vester; Dominus ecce cum virtute venit, et brachium cum dominatione venit. Ecce merces cum eo, et opus in conspectu ejus. Sicut pastor pascet gregem suum, et brachio congregabit agnos, et pręgnantem consolabitur. Quis mensus est manu aquam, et cęelum palmo et omnem terram pugillo? quis statuit montes pondere, et saltus statera? Quis cognovit mentem Domini; aut quis consiliarius ejus fuit, qui doceat eum? aut cum quo consilium iniit, et instruxit illum? Vel quis ostendit ei iudicium? vel viam intelligentię quis ostendit illi? Omnes gentes, sicut stilla de situla, et quasi momentum staterę reputatę sunt, et quasi sputum reputabuntur. Libanus autem non sufficit ad comburendum: et quadrupedia non sufficiunt ad holocaustum, et cunctę gentes nihilum et in nihilum reputatę sunt ⁴⁵.

51. *Probat hanc prophetiam esse adimpletam.* — Desinente me dixit Trypho: Ambigua omnia prophetię a te allatę verba, nec quidquam habent quo decidatur id quod demonstrare vis.

Tunc ego respondi: Si quidem non evenisset, Trypho, ut desinerent, ac jam omnino nulli essent post hunc Joannem in vestro genere prophetę; quę videlicet a me in Jesum Christum proferuntur, ambigue fortasse dicta viderentur. Sed si Joannes quidem pręcessit clamans hominibus ut pęnitentiam agerent; eique adhuc ad fluvium Jordanem sedenti superveniens Christus finem attulit vaticinandi et baptizandi; ipse autem Evangelium quoque prędicare cępit, regnum cęlorum dicens appropinquare, sequę multa a Scribis et Phariseis pati oportere, et crucifigi et tertio die resurgere, ac futurum, ut ite-

⁴⁵ Isa. XL, 1-17.

(26) *Οὐχ ἰκανῶς*. Erratum esse pro *ἰκανός*, ut habemus in Bibliis, admonuit Perizonius. Legitur *ἰκανός* in edit. Paris.

(27) *Ἐροεῖτε*. Dixerat Trypho ambigua sibi videri prophetię verba. Cur ergo ait Justinus ἴσως ἀμφίβολα ἐνοεῖτε, et forte ambigue dicta vobis vide-

Α Καὶ ἡ Παρακαλεῖτε τὸν λαόν, ἱερεῖς λαλήσατε εἰς τὴν καρδίαν Ἱερουσαλήμ, καὶ παρακαλέσατε αὐτήν, ὅτι ἐπλήσθη ἡ ταπεινώσις αὐτῆς. Λέλυται αὐτῆς ἡ ἁμαρτία· ὅτι ἐδέξατο ἐκ χειρὸς Κυρίου διπλᾶ τὰ ἁμαρτήματα αὐτῆς. Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ· Ἐτοιμάσατε τὰς ὁδοὺς Κυρίου· εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. Πᾶσα φάραγξ πληρωθήσεται, καὶ πᾶν ὄρος καὶ βουνὸς ταπεινωθήσεται· καὶ ἔσται πάντα τὰ σκολιὰ εἰς εὐθείαν, καὶ ἡ τραχεῖα εἰς ὁδοὺς λείας· καὶ ὀφθήσεται ἡ δόξα Κυρίου, καὶ ὄψεται πᾶσα σὰρξ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ· ὅτι Κύριος ἐλάλησεν. Φωνὴ λέγοντος· Βίβησον· καὶ εἶπον· Τί βοήσω; Πᾶσα σὰρξ χόρτος, καὶ πᾶσα δόξα ἀνθρώπου ὡς ἄνθος χόρτου. Ἐξηράνθη ὁ χόρτος καὶ τὸ ἄνθος αὐτοῦ ἐξέπεσε· τὸ δὲ ῥῆμα Κυρίου μένει εἰς τὸν αἰῶνα. Ἐπ' ὄρους ὑψηλοῦ ἀνάβηθι ὁ εὐαγγελιζόμενος Σιών· ὕψωσον τῇ ἰσχυρί τὴν φωνήν σου ὁ εὐαγγελιζόμενος Ἱερουσαλήμ. Ὑψώσατε, μὴ φοβεῖσθε, εἶπον ταῖς πόλεσιν Ἰούδα· Ἰδοὺ ὁ Θεὸς ὑμῶν, Κύριος Ἰδοὺ μετ' ἰσχύος ἔρχεται, καὶ ὁ βραχίον μετὰ κυρίας ἔρχεται. Ἰδοὺ ὁ μισθὸς μετ' αὐτοῦ, καὶ τὸ ἔργον ἐναντίον αὐτοῦ. Ὡς ποιμὴν ποιμαίνει τὸ ποίμνιον αὐτοῦ, καὶ τῷ βραχίονι συναΐξει ἄρνας, καὶ τὴν ἐν γαστρὶ ἔχουσαν παρακαλέσει. Τίς ἐμέτρησε τῇ χειρὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὸν οὐρανὸν σπιθαμῇ, καὶ πᾶσαν τὴν γῆν δρακί; Τίς ἔστησε τὰ ὄρη σταθμῶν, καὶ τὰς νάπας ζυγῶν; Τίς ἔγνω νοῦν Κυρίου; καὶ τίς αὐτοῦ σύμβουλος ἐγένετο, ὃς συμβιθάσει αὐτόν; Ἡ πρὸς τίνα συνεβουλεύσατο καὶ συνεβίβασεν αὐτόν; Ἡ τίς ἔδειξεν αὐτῷ κρίσιν; ἢ ὅδιν συνέσεως τίς ἐγνώρισεν αὐτῷ; Πάντα τὰ ἔθνη ὡς σταγῶν ἀπὸ κάδου, καὶ ὡς ῥοπὴ ζυγοῦ ἐλογίσθησαν, καὶ ὡς πτυελοὶς λογισθήσονται. Ὁ δὲ λίθανος οὐχ ἰκανῶς (26) εἰς καῦσιν, καὶ τὰ τετράποδα οὐχ ἰκανὰ εἰς ὀλοκάρπωσιν, καὶ πάντα τὰ ἔθνη οὐδὲν, καὶ εἰς οὐδὲν ἐλογίσθησαν. »

51. Καὶ παυσαμένου μου εἶπεν ὁ Τρύφων· Ἀμφίβολοι μὲν πάντες οἱ λόγοι τῆς προφητείας ἦν φῆς σὺ, ὦ ἄνθρωπε, καὶ οὐδὲν τμητικὸν εἰς ἀπόδειξιν οὐπερ βούλει ἀποδείξαι ἔχοντες.

Καγὼ ἀπεκρινάμην· Εἰ μὲν μὴ ἐπαύσαντο καὶ οὐκέτι ἐγένοντο οἱ προφῆται ἐν τῷ γένει ὑμῶν, ὦ Τρύφων, μετὰ τοῦτον τὸν Ἰωάννην, δῆλον ὅτι ἅ λέγω εἰς Ἰησοῦν τὸν Χριστόν, ἴσως ἀμφίβολα ἐνοεῖτε (27) εἶναι τὰ λεγόμενα. Εἰ δὲ Ἰωάννης μὲν προσελήλυθε βοῶν τοῖς ἀνθρώποις μετανοεῖν, καὶ Χριστὸς, ἔτι αὐτοῦ καθηζομένου ἐπὶ τοῦ Ἰορδάνου ποταμοῦ, ἐπελθὼν ἐπαυσέ τε αὐτόν τοῦ προφητεῦσιν (28) καὶ βαπτίζειν, καὶ εὐγγελλίζετο καὶ αὐτὸς λέγων, ὅτι ἐγγὺς ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, καὶ ὅτι δεῖ αὐτὸν πολλὰ παθεῖν ἀπὸ τῶν γραμματέων καὶ Φαρισαίων, καὶ σταυρωθῆναι, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀνα-

rentur. » Si legamus ἐνοεῖτε, soluta erit difficultas.

(28) *Ἐπαυσέ τε αὐτόν τοῦ προφητεῦσιν*. In eandem sententiam Justinus infra n. 87, interpretatur illud Isaia: « Et requiescet super eum Spiritus Domini. » Justinum imitatur Tertullianus lib. IV in Marcionem, c. 18.

στῆναι, καὶ πάλιν παραγενήσεσθαι ἐν Ἱερουσαλήμ, καὶ τότε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ συμπεῖν πάλιν καὶ συμφαγεῖν, καὶ ἐν τῷ μεταξύ τῆς παρουσίας αὐτοῦ χρόνῳ, ὡς προέφη, γενήσεσθαι ἱερεῖς καὶ ψευδοπροφήτας (29) ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ προεμήνυσε, καὶ οὕτω φαίνεται ὄντα· πῶς ἔτι ἀμφιβάλλειν ἔστιν, ἔργῳ πεισθῆναι ὑμῶν ἐχόντων; Εἰρήκειν (30) δὲ περὶ τοῦ μηκέτι γενήσεσθαι ἐν τῷ γένει ὑμῶν προφήτην, καὶ περὶ τοῦ ἐπιγνῶναι ὅτι ἡ πάλαι κηρυσσομένη ὑπὸ τοῦ Θεοῦ καινὴ Διαθήκη διαταχθήσεσθαι (31), ἤδη τότε παρῆν, τουτέστιν αὐτὸς ὢν ὁ Χριστὸς, οὕτως· « Ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται μέχρι Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ· ἐξούτου ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν βιάζεται, καὶ βιάται ἀρπάζουσιν αὐτήν. Καὶ εἰ θέλετε δέξασθαι, αὐτὸς ἔστιν Ἡλίας ὁ μέλλων ἔρχεσθαι. Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω. »

52. Καὶ διὰ Ἰακώβ δὲ τοῦ πατριάρχου προεφητεύθη ὅτι δύο τοῦ Χριστοῦ παρουσίαι ἔσονται, καὶ ὅτι ἐν τῇ πρώτῃ παθητὸς ἔσται, καὶ ὅτι μετὰ τὸ αὐτὸν ἔλθειν οὔτε προφήτης οὔτε βασιλεὺς ἐν τῷ γένει ὑμῶν, (ἐπήνεγκα,) καὶ ὅτι τὰ ἔθνη πιστεύοντα ἐπὶ τὸν παθητὸν Χριστὸν, πάλιν παραγενησόμενον προσδοκήσει. Ἐν παραβολῇ δὲ καὶ παρακεκαλυμμένως τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ τοῦτο (32) αὐτὰ ἐλελάληκει, ἔφην· οὕτως δὲ εἰρηκέναι ἐπήνεγκα· « Ἰούδα, ἤνεγκάν σε οἱ ἀδελφοί σου· αἱ χεῖρές σου ἐπὶ νότου τῶν ἐχθρῶν σου· προσκυνήσουσί σε οἱ υἱοὶ τοῦ πατρὸς σου. Σκύμνος λέοντος Ἰούδα· ἐκ βλαστοῦ, υἱέ μου, ἀνέβης. Ἀναπεσὼν ἐκοιμήθη ὡς λέων καὶ ὡς σκύμνος· τίς ἐγερεῖ αὐτόν; οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, καὶ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ (33)· καὶ αὐτὸς ἔσται προσδοκία ἐθνῶν, δεσμεύων πρὸς ἄμπελον τὸν πῶλον αὐτοῦ, καὶ τῇ ἔλικι τὸν πῶλον τῆς ὄνου αὐτοῦ (34). Πλυνεῖ ἐν οἴνῳ τὴν στολήν αὐτοῦ, καὶ ἐν αἵματι σταφυλῆς τὴν περιβολὴν αὐτοῦ. Χαροποῖ οἱ ὄφθαλμοὶ αὐτοῦ ἀπὸ οἴνου (35), καὶ λευκοὶ οἱ ὀδόντες αὐτοῦ ὡς γάλα. » Ὅτι οὖν οὐδέποτε ἐν τῷ γένει ὑμῶν ἐπαύσατο οὔτε προφήτης, οὔτε ἄρχων, ἐξ οὗτου ἀρχὴν ἔλαθε, μέχρις οὗ οὗτος ὁ Ἰησοῦς Χριστὸς καὶ γέγονε καὶ ἔπαθεν, οὐδ' ἀναισχύντως τολμήσετε εἰπεῖν, ἢ ἀποδείξαι ἔχετε. Καὶ γὰρ Ἡρώδην (36), ἀφ' οὗ ἔπα-

rum Hierosolymam veniret, tumque una cum discipulis ederet ac biberet, ac interea dum veniret, in ipsius nomine, ut jam dixi ⁴⁶, sacerdotes et prophetæ falsi prodirent, quæ quidem ita evenisse liquet; quomodo adhuc dubitare fas sit, cum res ipsæ vobis persuadere possint? Nullum autem deinceps futurum in vestro genere prophetam dixerat, atque ut homines agnoscerent novum illud testamentum, quod olim Deus institutum iri prædicaverat, jam tum adesse, hoc est, scipsum, quippe qui Christus esset, sic eos alloquebatur: « Lex et prophetæ usque ad Joannem Baptistam: ex quo tempore regnum cælorum vim patitur, et violenti rapiunt illud. Et si vultis recipere, ipse est Elias, qui venturus erat. Qui habet aures audiendi, audiat ⁴⁷. »

B

52. *Jacob duos Christi adventus prædixit.* — Illud etiam a Jacobo patriarcha prædictum est, duos Christi adventus futuros, eumque in primo perpesionibus obnoxium fore, ac postquam advenerit, nec prophetam nec **148** regem in vestro genere futurum (ita enim pergebam), gentes autem in Christum passionibus obnoxium credentes, rursus venturum expectaturas. Atque hac de causa, aiebam, in parabolis et arcane Spiritus sanctus hæc tradidit. Sic autem illum locutum esse addidi: « Juda, laudaverunt te fratres tui, manus tuæ super dorsum inimicorum tuorum; adorabunt te filii patris tui. Catulus leonis Juda: ex germine, fili mi, ascendisti: recumbens dormivit, ut leo, et quasi catulus. Quis suscitabit eum? Non deficiet princeps ex Juda, et dux de femoribus ejus donec veniant, quæ reposita sunt ei; et ipse erit expectatio gentium, ligans ad vitem pullum suum, et ad helicem pullum asiæ suæ. Lavabit in vino stolam suam, et in sanguine uvæ amictum suum. Fulvi oculi ejus præ vino, et candidi dentes ejus ut lac ⁴⁸. » Porro in genere vestro, ex quo initium accepit, usque ad illud tempus, quo hic Jesus Christus natus ac passus est, prophetam aut principem esse unquam desiisse, nec impudenter dicere audebitis, nec habetis demonstrare. Nam cum Herodem, post quem passus est,

⁴⁶ n. 25. ⁴⁷ Matth. xi, 12-15. ⁴⁸ Gen. xlix, 8-12.

in 16716

(29) Ἱερεῖς καὶ ψευδοπροφήτας. Conjecit Sylburgius aut legendum ψευδιερεῖς, aut ita explicandam Justinii sententiam. Sed si quid immutandum sit, legere malim αἱρέσεις. Sic enim Justinus supra n. 35, tanquam ex verbis Christi illud citat: Ἔσονται σχίσματα καὶ αἱρέσεις· « Erunt schismata et hæreses. » Censet etiam Cl. Thirlbius legendum αἱρέσεις.

(30) Εἰρήκειν. Legendum εἰρήκει, ut patet ex hac voce οὕτως quæ refertur ad illud verbum.

(31) Διαταχθήσεσθαι. Inepta emendatio in editionibus Græco-Latinis ubi legitur διαταχθήσεται, καὶ ἤδη τότε παρῆν.

(32) Διὰ τοῦτο. Ne videlicet Judæi apertis de eorum reprobatione et gentium vocatione testimonia expungerent, ut clarius declarat Justinus n. 120.

(33) Τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ. Uterque ms. codex ad marginem et R. Stephanus ad calcem habent ὁ ἀποκείται. Vid. infra num. 120, et Apol. 1, num. 52.

D Non culpandi librarii, quod hic Justinus aliter ac in aliis locis citet. Interdum enim in hoc *Dialogo*, ut ipse testatur, n. 120 et 125, non sequitur LXX interpretes, sed accommodat se ad Judæorum interpretationes.

(34) Τὸν πῶλον τῆς ὄνου αὐτοῦ. Prætermittit hæc verba Justinus *Apol.* 1, num. 54, atque ita ratiocinatur quasi nunquam ea legisset in hec scripturæ testimonio. Sed cum ea non solum hic commemoret, sed etiam paulo post in eis explicandis operam insumat, non dubium quin erratum, quod ei in Apologia aut memoriae aut codicis vitio exciderat, *Dialogum* scribens emendaverit.

(35) Ἀπὸ οἴνου. Illud ἀπὸ idem hoc loco significat ac præ.

(36) Καὶ γὰρ Ἡρώδην... λέγοντες. Hæc esse videtur hujus loci sententia. Nimirum Judæi, ut eluderent prophetiam, hæc inter alias cavillationes utebantur, ut sceptum e tribu Juda, antequam Je-

Ascalonitam dicitis fuisse, tamen in genere vestro principem sacerdotum fatemini exstitisse: quare cum etiam tum habueritis, qui secundum legem Moysis et dona offerret, et cætera legis instituta servaret, cumque prophetae secundum successionem usque ad Joannem exstiterint: quemadmodum et tunc exsistere, cum populus vester, vastata terra et sacris vasis sublatis, Babylonem abductus est; non defuit apud vos propheta, qui dominus et dux et princeps populi vestri esset. Spiritus enim, qui erat in prophetis, reges vobis ungebat et constituibat. At postquam Jesus Christus noster in vestro genere apparuit et morti traditus est, nusquam exstitit aut exstat propheta; sed et proprio regi parere desiistis, ac præterea terra vestra penitus vastata, ac veluti pomorum custodia derelicta. Quod autem Scriptura per Jacob dicit: «Et ipse erit expectatio gentium,» arcane duos fore Christi adventus, ac gentes in eum credituras significabat; quod vobis tandem aliquando cernere licet. Nam qui ex omnibus gentibus per Christi fidem Dei cultores et justii facti sumus, rursus eum venturum expectamus.

53. *Prædixit Jacob Christum asina invectum iri, idque ex Zacharia confirmatur.* — Et illud: «Ligans ad vitem pullum suum et ad helicem pullum asinae,» tum rerum in priore adventu ab eo gestarum, tum gentium quæ in eum credituræ erant præsignificatio erat. Nam gentes veluti pullus erant nec clitellas nec cervice jugum ferens, donec Christus missis discipulis **149** eas edoceret, ac jugum ejus doctrinæ ferentes, dorsum submitterent ad omnia perferenda ob expectata et ab eo promissa bona. Ac revera Dominus noster Jesus Christus Jerusalem ingressurus, præcepit discipulis, ut asinam quamdam, quæ una cum pullo suo in introitu vici Bethphage dicti alligata erat, ad se adducerent, eique insidens Jerusalem ingressus est. Quod, quemadmodum conceptis verbis prædictum fuerat a Christo factum iri, ita ab eo in omnium oculis factum, Christum cum

sus nasceretur recessisse dicerent; quippe cum Herodes, qui ante Christi passionem mortuus est, Ascalonita fuerit. Demonstrat ergo Justinus sacerdotes et sacrificia tunc illis minime defuisse.

(37) Ἀφ' οὗ ἔπαθεν. Omnes Justinii interpretes verterunt, *sub quo passus est*, quasi scripsisset Justinus, ἐφ' οὗ ἔπαθεν. Sed non is erat Justinus qui Christum sub Herode Ascalonita passum dicebat, nec ulla prorsus causa est tam lædæ ignorantis sancto martyri tribuendæ. Thirlbius legendum proponit, ἀφ' οὗ ἔφυγεν. Infra legimus ἀπὸ τοῦ Ἀδάμ sensu non valde absimili n. 88; vide n. 115.

(38) Μὴ παύσασθαι. Casaubonus adv. Baron. p. 15, existimat deesse hic verbum λέγετε aut e superioribus repetendum esse, sed miror virum longe doctissimum non vidisse illud μὴ παύσασθαι referri ad superius ὥστε καὶ τότε ὄντος, etc.

(39) Ἐχρῖε. Sic Reg. et Claromontanus codex. Editi ἔχρῖσε.

(40) Ὅπερ ὄψέ ποτε. Profert Cl. Thirlbius similia loca ex *Apol.* 1, num. 32, et *Dialog.* num. 87 et 96, in quibus legitur ὄψει, nec tamen quidquam hoc

θεν (37), Ἀσκαλωνίτην γεγονέναι λέγοντες, ὁμῶς ἐν τῷ γένει ὑμῶν ὄντα λέγετε ἀρχιερέα. ὥστε καὶ τότε ὄντος ὑμῖν κατὰ τὸν νόμον τοῦ Μωσέως καὶ προσφορὰς προσφέροντος, καὶ τὰ ἄλλα νόμιμα φυλάσσοντος, καὶ προφητῶν, κατὰ διαδοχὴν μέχρις Ἰωάννου γεγενημένων (ὡς καὶ ὅτε εἰς Βαβυλῶνα ἀπήχθη ὁ λαὸς ὑμῶν, πολεμηθείσης τῆς γῆς καὶ τῶν ἱερῶν σκευῶν ἀρθέντων), μὴ παύσασθαι (38) ἐξ ὑμῶν προφήτην, ὃς κύριος καὶ ἡγούμενος καὶ ἀρχὸν τοῦ λαοῦ ὑμῶν ἦν. Τὸ γὰρ ἐν τοῖς προφήταις Πνεῦμα καὶ τοὺς βασιλεῖς ὑμῖν ἔχρῖε (39) καὶ καθίστα. Μετὰ δὲ τὴν Ἰησοῦ τοῦ ἡμετέρου Χριστοῦ ἐν τῷ γένει ὑμῶν φανέρωσιν καὶ θάνατον οὐδαμοῦ προφήτης γέγονεν, οὐδέ ἐστιν. ἀλλὰ καὶ τὸ εἶναι ὑμᾶς ὑπὸ ἴδιον βασιλέα ἐπαύσατο, καὶ προσέτι ἡ γῆ ὑμῶν ἠρημώθη, καὶ ὡς ὀπωροφυλάκιον καταλέλειπται. Τὸ δὲ εἰπεῖν τὸν λόγον διὰ τοῦ Ἰακώβ. «Καὶ αὐτὸς ἔσται προσδοκία ἐθνῶν,» συμβολικῶς δύο παρουσίας αὐτοῦ ἐσήμανε, καὶ τὰ ἔθνη μέλλειν αὐτῷ πιστεῦσιν, ὅπερ ὄψέ ποτε (40) πάρεστιν ἰδεῖν ὑμῖν. Οἱ γὰρ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἀπάντων διὰ τῆς πίστεως τῆς τοῦ Χριστοῦ θεοσεβεῖς καὶ δίκαιοι γενόμενοι πάλιν παραγεννησόμενον αὐτὸν προσδοκῶμεν.

53. Καὶ τό. «Δεσμεύων πρὸς ἀμπελον τὸν πῶλον αὐτοῦ, καὶ τῆ ἔλικι τὸν πῶλον τῆς ὄνου,» καὶ τῶν ἔργων τῶν ἐπὶ τῆς πρώτης αὐτοῦ παρουσίας γενομένων ὑπ' αὐτοῦ, καὶ τῶν ἐθνῶν ὁμοίως τῶν μελλόντων πιστεῦσιν αὐτῷ, προδήλωσις ἦν. Οὗτοι γὰρ ὡς πῶλος ἀσαγῆς, καὶ ζυγὸν ἐπὶ αὐχένα μὴ ἔχων τὸν αὐτοῦ, μέχρις ὃ Χριστὸς οὗτος ἔλθῃν, διὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ πέμψας ἐμαθήτευσεν αὐτούς. καὶ τὸν ζυγὸν τοῦ λόγου αὐτοῦ βαστάσαντες, τὸν νῦτον ὑπέθησαν πρὸς τὸ πάντα ὑπομένειν διὰ τὰ προσδοκώμενα καὶ ὑπ' αὐτοῦ κατηγγεγμένα ἀγαθὰ. Καὶ ὄνον δὲ τινα ἀληθῶς σὺν πῶλῳ αὐτῆς προσδεδεμένην ἐν τινι εἰσόδῳ κώμης Βηθφαγῆς λεγομένης, ὅτε ἐμελλεν εἰσερχεσθαι εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ἐκέλευσε τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ ἀγαγεῖν αὐτῷ. καὶ ἐπικαθίσας, ἐπεισελήλυθεν εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα. ὃ πῶς ἐπεπροφήτευτο (41) διαβρήδην γενήσεσθαι ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ,

loco mutandum putat.

(41) Ὁ πῶς ἐπεπροφήτευτο. Si legamus ὃ ὅπως nihil supererit difficultatis. [Hunc locum non libenter emendandum proposui; eo enim ferebar, ut illud πῶς idem valere ac *quomodo* existimarem. Sed quia carebam exemplis quibus niterer, timiditas quædam adduxit me ut illud ὃ πῶς, pro ὃ ὅπως irrepsisse crederem. Sed missam facio hanc emendationem ex qua eruditus defensor *futuri Eliæ reditus* protulit pag. 270 illud Deuteronomii xi, 13: Πῶς ποιῶσι τὰ ἔθνη ταῦτα τοῖς θεοῖς αὐτῶν, ποιήσω καὶ γῶ. Cum sua sponte manifestum est hoc loco voculam πῶς non interrogationi, sed comparationi inservire, tum id vir doctissimus ex consensu plurimarum versionum confirmat. Eodem modo accipiendum illud πῶς Marc. ix, 11, si et eum sensum sequi volumus, qui maxime obvius et naturæ consentaneus est, et Marcum cum Matthæo conciliare. Nam Christus apud Matthæum xvii, 15, duo nos docet: primum quidem Eliam venturum ut omnia restituat; deinde vero munus illud quod eum ad præparandam Messiaë viam Scribæ et Pharisaï obitutum dicebant, a Joanne Baptista impletum fuisse,

αὐτόν· οὔτε κινούμενος ὁ τόπῳ τε ἀχώρητος, καὶ τῷ
κόσμῳ ὅλῳ, ὅς γε ἦν καὶ πρὶν τὸν κόσμον γενέσθαι.
C Πῶς ἂν οὖν οὗτος (48) ἢ λαλήσειε πρὸς τινα, ἢ ὀφθείη

³³ Num. xi, 23. ³⁴ Deut. xxi, 2. ³⁵ Gen. xvii, 22. ³⁶ Gen. xi, 5. ³⁶ Gen. vii, 16.

(45) Ἀπιστεῖ. Legendum conjicit ἡπίστει Thirl-
bius, sed postea conjecturam suam deserit, ac ni-
hil mutat. Ibidem observat eum, qui tunc apparuit
Moysi, non angelum vocari in Scriptura, ut opinatus
est Justinus, sed Dominum.

(46) Ἐπικαλύφεται. Magis arridet eidem eru-
dito editor id quod habetur in Bibliis ἐπικαταλή-
φεται.

(47) Ὅτι ὅταν μου ὁ Θεός. Legendum videtur
ὅτι ὅταν που ὁ Θεός, ut paulo antea, εἴρηται γὰρ που
καὶ διὰ Μωϋσέως. Pro eo autem quod hic habemus,
καὶ ἱκανῶς εἰρησθαί μοι ὑπολαμβάνω ὅτι... μὴ ἡγεῖ-
σθε, mallem equidem ὡς μὴ ἡγεῖσθαι. Sed cur nihil
audeam mutandum proponere, detinet me similis
locus n. 80, ubi Justinus sic loquitur : Ὅτι δὲ οὐκ
ἐφ' ὑμῶν μόνων τοῦτο λέγειν με ἐπίστασθε, τῶν γε-
γεννημένων ἡμῖν λόγων ἀπάντων, ὡς δυνάμεις μου,
σύνταξιν ποιήσομαι.

(48) Πῶς ἂν οὖν οὗτος. In hoc loco et in alio
simili, quem supra vidimus n. 60, quasi victores ex-
sultant, qui de Christo Domino aut saltem de san-
ctis Patribus æqua non sentiunt. Contendit Justinus
non Patrem apparuisse, sed Filium; quia Pater im-
mensus et immutabilis est. Inde, inquit, mani-
festa conclusio est dissimilem in utroque naturam a
Justino admitti. Sed 1° Si Justinus naturæ dissimi-
litudinem, non personarum distinctionem conside-
rat, dum Filium visum esse docet, Patrem videri
posse negat; cur ipsum Filium non in propria for-
ma, sed, ut paulo post legimus, in hominis aut an-
geh forma aut etiam in gloria ignis visum esse de-
clarat? 2° Has formas sumere indignum Patre, non
indecorum Filio existimat, non quia dissimilis in

utroque natura, sed quia Filius ministrat Patri ac
Deus est de Deo et a Patre mittitur. Ἐπάλαισεν
Ἰακώβ, inquit n. 125, μετὰ τοῦ φαινομένου μὲν ἐκ
τοῦ τῆ τοῦ Πατρὸς βουλῆ ὑπηρετεῖν· Θεοῦ δέ, etc.
« Locutus est Jacob cum eo qui videbatur quidem,
eo quod voluntati Patris ministret; Deus autem
est, » etc. Hoc ipso in loco idem repetit ac Filium
angelum esse ait, quia Patris voluntati ministrat.
Supra n. 56 et seqq. demonstrat eum, qui appa-
ruit, et Deum esse et angelum vocari. 3° Justinum
in hac Patris et Filii distinctione nullum prorsus
naturæ discrimen spectare, illud etiam argumento
est, quod Scripturæ loca ex quibus Filium, non
Patrem apparuisse colligit, certissimum et eviden-
tissimum habeant divinæ naturæ testimonium. Quid
enim his Scripturæ verbis magnificentius : « Ego
sum qui sum, Dominus virtutum, Dominus fortis et
potens, Dominus regnavit, etenim correxit orbem
terræ, Dominus regnavit, irascantur populi, » et aliis
ejusmodi quæ tam sæpe et in *Apol.* i, et in hoc
Dialogo ad Christum referri Justinus contendit? Si
naturam idcirco diversam in Patre et Filio credi-
disset quia Pater nunquam apparuit, sed Filius; an
hæc verba : « Exaltate Dominum Deum nostrum, »
de Filio dicta esse putasset, quia is de quo dicun-
tur, « in columna nubis loquebatur » ad Moysen? 4°
Quidquid ergo discriminis Patrem inter et Fi-
lium ponit, hoc uno nititur, quod memorati in
Scripturis ascensus et descensus cum divina im-
mensitate et immutabilitate conciliari non possint,
si Patri tribuantur; secus vero, si Filio. Cur enim
Pater descenderit et ascenderit, illud causæ afferri
non potest, quod ab alio missus sit. Quinetiam se-

τινι, ἢ ἐν ἐλαχίστῳ μέρει γῆς φανείη; Ὅποτε γε οὐδὲ τὴν δόξαν τοῦ παρ' αὐτοῦ πεμφθέντος ἴσχυεν ὁ λαὸς ἰδεῖν ἐν Σινᾷ, οὐδ' αὐτὸς Μωϋσῆς ἴσχυεν εἰσελθεῖν εἰς τὴν σκηνὴν ἣν ἐποίησεν, εἰ μὴ ἐπληρώθη (49) τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ δόξης· οὐδὲ μὴν ὁ ἱερεὺς ὑπέμεινε κατενώπιον τοῦ ναοῦ στήναι, ὅτε τὴν κιβωτὸν Σολομῶν εἰσεκόμισεν εἰς τὸν οἶκον τὸν ἐν Ἱερουσαλήμ, ἣν αὐτὸς ὁ Σολομῶν ὠκοδομήκει. Οὕτε οὖν Ἀβραάμ, οὕτε Ἰσαάκ, οὕτε Ἰακώβ, οὕτε ἄλλος ἀνθρώπων εἶδε τὸν Πατέρα καὶ ἄρρητον Κύριον τῶν πάντων ἀπλῶς, καὶ αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ (50)· ἀλλ' ἐκεῖνον τὸν κατὰ βουλήν τὴν ἐκεῖνου (51) καὶ Θεὸν ὄντα Υἱὸν αὐτοῦ, καὶ ἄγγελον ἐκ τοῦ ὑπηρετεῖν τῇ γνώμῃ αὐτοῦ· ὃν καὶ ἀνθρώπων γεννηθῆναι διὰ τῆς Παρθένου βεβούληται· ὃς καὶ πῦρ ποτε γέγονε τῇ πρὸς Μωϋσέα ὁμιλίᾳ τῇ ἀπὸ τῆς βάτου. Ἐπεὶ, ἐὰν μὴ οὕτω νοήσωμεν τὰς Γραφάς, συμβήσεται τὸν Πατέρα καὶ Κύριον τῶν ὄλων μὴ γεγενῆσθαι τότε ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὅτε διὰ Μωϋσέως λέλεκται· « Καὶ Κύριος ἔβρεξεν ἐπὶ Σόδομα πῦρ καὶ θεῖον παρὰ Κυρίου ἐκ τοῦ οὐρανοῦ· » καὶ πάλιν διὰ Δαβὶδ ὅτε λέλεκται οὕτως· « Ἄρατε πύλας, οἱ ἄρχοντες, ὑμῶν, καὶ ἐπάρθητε, πύλαι αἰώνιοι· καὶ εἰσελεύσεται ὁ Βασιλεὺς τῆς δόξης· » καὶ πάλιν ὅτε φησὶ· « Λέγει Κύριος τῷ Κυρίῳ μου· Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. »

128. Καὶ ὅτι Κύριος ὢν ὁ Χριστὸς, καὶ Θεὸς Θεοῦ Υἱὸς ὑπάρχων, καὶ δυνάμει φαινόμενος (52) πρότερον ὡς ἀνὴρ, καὶ ἄγγελος, καὶ ἐν πυρὸς δόξῃ, ὡς ἐν τῇ βάτῳ πέφανται, καὶ ἐπὶ τῆς κρίσεως τῆς γεγεννημένης ἐπὶ Σόδομα, ἀποδέδεικται ἐν πολλοῖς τοῖς εἰρημένοις. Ἀνιστόρουν δὲ πάλιν ἃ καὶ προέγραψα ἀπὸ τῆς Ἐξόδου πάντα, περὶ τε τῆς ὀπτασίας τῆς ἐπὶ τῆς βάτου, καὶ τῆς ἐπικλήσεως τοῦ Ἰησοῦ ὀνόματος, καὶ ἐπέλεγον· Καὶ μὴ νομίζετε, ὦ οὔτοι, ὅτι περιττολογῶν ταῦτα λέγω πολλάκις· ἀλλ' ἐπεὶ γινώσκω καὶ τινὰς προλέγειν ταῦτα βουλομένους, καὶ

³⁷ Gen. xix, 24. ³⁸ Psal. xxiii, 7. ³⁹ Psal. cix, 1.

queretur, ut paulo post ait Justinus, eum aliquandiu cælo abfuisse, si ad eum referrentur hæc Scripturæ loca : « Attollite portas, principes, vestras et elevamini, portæ æternales, et introibit Rex gloriæ. Dixit Dominus Domino meo : Sede a dextris meis, » et alia ejusmodi quæ de Filio dicta facile conciliantur cum natura divina, quia Filius a Patre mittitur et habita ratione humanitatis aliquandiu cælo abfuit. At in Patrem collata, non jam suppetente eadem rei explicandæ ratione, divinam essentiam læderent. 5^o Eo spectat tota Justinii disserendi ratio, ut Judæos fateri cogat Filium ex Patre, veluti lumen ex lumine genitum esse, nedum ei naturam divinam inviderit. 6^o Judæi, ut eis exprobrat Justinus num. 114. Deum sibi, ut compositum quoddam animal, fingebant, et idcirco eum volebant apparuisse. Quid mirum ergo, si eos ad sublimiora vocat Justinus, ac Filium in variis formis, Patrem vero nequaquam in propria natura visum esse contendit?

(49) *Εἰ μὴ ἐπληρώθη.* Legendum εἰ μὲν ἐπληρώθη vel εἰ ἐπληρώθη, ut Justinus cum Scriptura concilietur. THIRI

hendi potest, imo ne toto quidem mundo, quippe qui erat etiam antequam mundus fieret. Quomodo igitur ille aut quemquam alloquatur, aut cuiquam appareat, aut in angustissima terræ parte conspiciatur? Cum ne illius quidem, qui ab eo missus est, gloriam populus in Sina intueri potuerit; nec ipse Moyses tabernaculum, quod fecerat, ingredi posset, si gloria Dei impletum esset; neque etiam sacerdos pro templo stare sustinuerit, cum arcam Salomon intulit in domum Hierosolymitanam, quam ipse construxerat. Nec Abraham igitur, nec Isaac, nec **221** Jacob, nec quisquam ex hominibus illum omnium omnino, ac ipsius Christi Patrem et Dominum non enarrabilem vidit; sed eum, qui secundum ipsius voluntatem et Deus est ipsius Filius, et angelus ex eo quod ministret ipsius voluntati; quem et hominem nasci ex Virgine voluit; qui et ignis aliquando fuit in colloquio cum Moyse ex rubo. Nisi enim Scripturas ita intelligamus, eo res evadet ut Pater et Dominus universorum tunc in cælis non fuerit, cum per Moysen dictum est : « Et Dominus pluit super Sodomam ignem et sulphur a Domino ex cælo³⁷; » aut cum rursus per Davidem : « Tollite portas, principes, vestras; et elevamini, portæ æternales, et introibit Rex gloriæ³⁸; » aut cum idem ait : « Dixit Dominus Domino meo : Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum³⁹. »

128. *Verbum non ut virtus inanima mittitur, sed ut persona ex Patris substantia genita.* — Ac Christum quidem Dominum et Deum Dei Filium esse, et virtute prius apparuisse ut virum et angelum, et in gloria ignis, velut in rubo et in judicio de Sodomis facta, jam pluribus demonstratum est. Referebam autem iterum omnia, quæ prius ex Exodo descripsi, tum de visione in rubo oblata, tum de imposita nominis Jesu appellatione, tumque hæc insuper addidi : Ne existimetis me verbis superfluentem hæc sæpius iterare; sed quia non-

(50) *Καὶ αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ.* Quo sensu Deus Christi dicatur, explicat Justinus infra n. 129. Nimirum quatenus ejus pater est, eique præstat ut potens sit et Dominus et Deus.

(51) *Κατὰ βουλήν τῆν ἐκεῖνου.* Hæc loquendi ratio, quæ merito suspecta esset in hominibus generationem ex substantia rejicientibus, nihil prorsus habet suspicionis in ore Justinii, qui paulo post declarat Verbum ex Patris substantia genitum esse, ut lumen de lumine. Quapropter cum Filium secundum voluntatem Patris Filium et Deum esse dicit, non alio consilio id dicere potuit, nisi ut hanc ex substantia generationem exprimeret, ac Filium demonstraret a Patre divinam naturam accepisse, nec eo invito, ut de commentitio illo Deo, sive secundo principio fingebant Marcionitæ, existere. Aliam etiam explicationem ipse paulo post subjicit Justinus. Ait enim Filium « ex Patre genitum esse, potestate et voluntate ipsius, nequaquam vero per abscissionem. »

(52) *Δυνάμει φαινόμενος.* Nimirum per operationem et virtutem, πρότερον, id est ante incarnationem.

nullos etiam esse scio qui hæc occupare velint, ac dicere, virtutem illam, quæ a Patre universorum Moysi aut Abrahæ aut Jacob apparuit, angelum vocari cum ad homines venit, quia per eam mandata Patris hominibus nuntiantur; gloriam, quia per visa, quæ sustineri non possunt, apparet interdum; virum aliquando et hominem, quia in ejusmodi formis pro voluntate Patris conspicitur; Verbum denique appellant, quia Patris sermones ad homines perferat. Hanc autem virtutem a Patre abscindi aut separari non posse, quemadmodum lux solis in terra abscindi et separari nequit a sole qui est in caelo, et cum sol occiderit, lux simul occidit; sic cum vult Pater, inquit, facit ut virtus ejus prosiliat; rursus cum vult, illam ad seipsum reflectit. Eodem modo angelos etiam ab eo fieri docent. Sed angelos quidem esse ac semper manere, neque in id, ex quo exstiterent, dissolvi demonstratum est. Illam autem virtutem, quam et Deum sermo propheticus, ut multis similiter demonstratum est, et angelum vocat, non solo nomine, ut lucem solis, numerari, sed et numero aliud quid esse, etiam supra breviter disserui; cum virtutem illam ex Patre genitam dicerem, virtute et voluntate ipsius, non vero per abscissionem, quasi Patris substantia divideretur, quemadmodum cætera omnia quæ dividuntur et scinduntur, non eadem sunt ac antequam scinderentur, ac exempli causa sumpsit ignes, quos ex alio igne accendi videmus, non imminuto illo ex quo multi accendi possunt, sed eodem manente.

Ἔτερα (55) ὀρώμεν, οὐδὲν ἐλαττωμένου ἐκείνου ἐξ

129. *Id confirmatur ex aliis Scripturæ locis.* —

(53) *Διὰ πολλῶν.* Præmittendum ὡς, quæ vocula videtur excidisse ob similem sonum syllabæ præcedentis.

(54) *Γεγεννηθῆναι.* Hæc de æterna Verbi generatione, simul et temporaria ad mundi creationem progressionem intelligi debent. De temporaria quidem satis multa diximus ad n. 61. De æterna autem perspicuum erit, si consideremus, 1^o Iis Justinum hoc loco occurrere, qui Verbum negabant exstisse antequam prodiret ad mundi creationem et ad alias perfunctiones; virtutem enim esse a Patre minime distinctam, quæ non existat antequam prosiliat, et ubi rediit, existere desinat. 2^o Iidem homines, qualis sit illa virtus existimari volebant, ex modo quo progreditur. Quare quod ait Justinus ad eos refellendos, Verbum ita generatum fuisse, ut ignem ex igne accensum, eo spectat ut Verbum semper fuisse lumen de lumine, ac proinde semper æquale et consubstantiale Patri intelligamus. 3^o In his rebus disserendis æque Verbi ac Patris immutabilitati consulit. Contendit enim Verbum a Patre generatum fuisse, « virtute et voluntate ipsius, » ut personam divinam et immutabilem, « non vero per abscissionem, » ut efficientiam et rem inaniam. Statuit minime divisam Patris substantiam; quod quidem metuendum esset, si virtus quædam inanima et mutabilis ab ejus substantia avelleretur; at nihil ejusmodi suspicandum, ubi lumen de lumine ad mundi creationem progreditur, id est persona æque immutabilis ac ipse Pater, sive Verbum omnibus ejus ideis ac omnipotentia et omnibus attributis ab æterno donatum. Eandem Verbi immutabilitatem astruit adhibitum n. 61 aliud exem-

πλάσκειν τὴν δύναμιν τὴν παρὰ τοῦ Πατρὸς τῶν ὄλων φανείσαν τῷ Μωϋσεῖ, ἢ τῷ Ἀβραάμ, ἢ τῷ Ἰακώβ, ἄγγελον καλεῖσθαι ἐν τῇ πρὸς ἀνθρώπους προόδῳ, ἐπειδὴ δι' αὐτῆς τὰ παρὰ τοῦ Πατρὸς τοῖς ἀνθρώποις ἀγγέλλεται· δόξαν δὲ, ἐπειδὴ ἐν ἀχωρήτῳ ποτὲ φαντασίᾳ φαίνεται· ἄνδρα δὲ ποτε καὶ ἀνθρώπον καλεῖσθαι, ἐπειδὴ ἐν μορφαῖς τοιαύταις σχηματιζόμενος φαίνεται, ἅσπερ βούλεται ὁ Πατήρ· καὶ Λόγον καλοῦσιν, ἐπειδὴ καὶ τὰς παρὰ τοῦ Πατρὸς ὁμιλίας φέρει τοῖς ἀνθρώποις. Ἄτμητον δὲ καὶ ἀχώριστον τοῦ Πατρὸς ταύτην τὴν δύναμιν ὑπάρχειν, ὅνπερ τρόπον τὸ τοῦ ἡλίου φασὶ φῶς ἐπὶ γῆς εἶναι ἄτμητον καὶ ἀχώριστον ὄντος τοῦ ἡλίου ἐν τῷ οὐρανῷ· καὶ ὅταν δύση, συναποφέρεται τὸ φῶς· οὕτως ὁ Πατήρ, ὅταν βούληται, λέγουσι, δύναμιν αὐτοῦ προπηδᾶν ποιεῖ· καὶ ὅταν βούληται, πάλιν ἀναστέλλει εἰς ἑαυτόν. Κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον καὶ τοὺς ἀγγέλους ποιεῖν αὐτὸν διδάσκουσιν. Ἄλλ' ὅτι μὲν οὖν εἰσιν ἄγγελοι, καὶ αἰεὶ μένοντες, καὶ μὴ ἀναλυόμενοι εἰς ἐκεῖνο ἐξ οὐπερ γέγονασιν, ἀποδέδεικται· καὶ ὅτι δύναμις αὕτη ἦν καὶ Θεὸν καλεῖ ὁ προφητικὸς λόγος, διὰ πολλῶν (53) ὡσαύτως ἀποδέδεικται, καὶ ἄγγελον, οὐχ ὡς τὸ τοῦ ἡλίου φῶς ὀνόματι μόνον ἀριθμεῖται, ἀλλὰ καὶ ἀριθμῷ ἑτερόν τι ἐστὶ, καὶ ἐν τοῖς προειρημένοις διὰ βραχέων τὸν λόγον ἐξήτασα, εἰπὼν τὴν δύναμιν ταύτην γεγεννηθῆναι (54) ἀπὸ τοῦ Πατρὸς, ὀνόματι καὶ βουλῇ αὐτοῦ, ἀλλ' οὐ κατὰ ἀποτομήν, ὡς ἀπομεριζομένης τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας, ὅποια τὰ ἄλλα πάντα μεριζόμενα καὶ τεμνόμενα αὐτὰ αὐτὰ ἐστὶν ἃ καὶ πρὶν τμηθῆναι· καὶ παραδείγματος χάριν παρελήφειν τὰ ὡς ἀπὸ πυρὸς ἀναπτόμενα πύρα οὐ ἀναφθῆναι πολλὰ δύνανται, ἀλλὰ ταύτου μένοντος.

129. Καὶ νῦν δὲ ἔτι καὶ οὗς εἶπον λόγους εἰς ἀπό-

plum humani λόγου, quem Justinus ait minime imminui dum profertur. 4^o Ipse declarat quidquid ea de re disseruit n. 61, id se ea mente disseruisse, ut probaret « virtutem illam, quam et Deum sermo propheticus et angelum vocat, non solo nomine, ut lucem solis, numerari, sed et numero aliud quid esse, » sive, ut ait n. 62, semper cum Patre fuisse et cum eo Patrem collocutum, ut cum persona divina. Videndus ea de re Tatianus n. 5, ubi magistri doctrinam, si minus totidem verbis, certe totidem sententiis explanat.

(55) Ἔτερα. Postulat sensus ut legamus ἃ ἔτερα, nisi quis legere malit ὡς τὰ ἀπὸ πυρὸς. Mirifice congruit æternæ generationi hoc exemplum luminis de lumine accensi; nec mirum videri debet, cur Justinus, cum hoc in loco et supra, n. 61, loquatur de Verbi ad mundi creationem progressionem, exemplum adhibeat generationi æternæ maxime consentaneum. Cum enim, ut jam dixi, tota illius disputatio eo spectat, ut Verbum semper fuisse cum Patre, semper lumen de lumine exstisse demonstraret; tum vero solemne est sanctis Patribus temporariam Filii missionem, iisdem exemplis ac æternam explicare. S. Cyrillus Alexandrinus, lib. iv in Joann., p. 413, Filium in hunc mundum a Patre missum fuisse ait, « ut verbum ex mente, ut splendorem solis ex ipso, » ἀπεστάλη δὲ οὕτως, ὡς Λόγος ἐκ νοῦ, ὡς ἀπύγασμα τὸ ἡλιακὸν ἐξ αὐτοῦ. Eadem habet Nicetas in orationem 58, S. Gregorii Nazianzeni. Sed si quid difficultatis in hoc loco, aut in eo qui supra occurrit, n. 61, residuum sit, velim illius explanatio repetatur ex Tatiano.

δειξιν τούτου ἔρω. Ὅταν λέγῃ· « Ἐβρεξε Κύριος πῦρ παρὰ Κυρίου ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, » δύο ὄντας ἀριθμῶ μὴνύει ὁ λόγος ὁ προφητικὸς· τὸν μὲν ἐπὶ γῆς ὄντα, ὃς φησι καταβεβηκέναι ἰδεῖν τὴν κραυγὴν Σοδόμων· τὸν δὲ, ἐν τοῖς οὐρανοῖς ὑπάρχοντα· ὃς καὶ τοῦ ἐπὶ γῆς Κυρίου Κύριός ἐστιν, ὡς Πατὴρ καὶ Θεός, αἰτίας τε αὐτῷ τοῦ εἶναι καὶ δυνατῷ, καὶ Κυρίῳ, καὶ Θεῷ. Καὶ πάλιν ὅταν λέγῃ ὁ λόγος εἰρηκέναι τὸν Θεὸν ἐν ἀρχῇ· « Ἰδοὺ Ἀδὰμ γέγονεν ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν, » τόδε, « ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν, » καὶ αὐτὸ ἀριθμοῦ δηλωτικόν ἐστιν· ἀλλ' οὐ τροπολογίαν χωροῦσιν οἱ λόγοι, ὡς ἐξηγεῖσθαι ἐπιχειροῦσιν οἱ σοφισταί, καὶ μηδὲ λέγειν τὴν ἀλήθειαν, μηδὲ νοεῖν δυνάμενοι. Καὶ ἐν τῇ Σοφίᾳ εἶρηται· « Ἐάν ἀναγγεῖλω ὑμῖν τὰ καθ' ἡμέραν γινόμενα, μνημονεύσω τὰ ἐξ αἰῶνος ἀριθμησαί. Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ (56) εἰς ἔργα αὐτοῦ· πρὸ τοῦ αἰῶνος ἐθεμελίωσέ με ἐν ἀρχῇ, πρὸ τοῦ τὴν γῆν ποιῆσαι, καὶ πρὸ τοῦ τὰς ἀβύσσους ποιῆσαι, καὶ πρὸ τοῦ προελθεῖν τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων, πρὸ τοῦ ὄρη ἐδρασθῆναι· πρὸ δὲ πάντων βουνῶν γεννᾶ με. » Καὶ εἰπὼν ταῦτα, ἐπήγαγον· Νοεῖτε, ὦ ἀκροαταί, εἴ γε καὶ τὸν νοῦν προσέχετε, καὶ ὅτι γεγενῆσθαι ὑπὸ τοῦ Πατρὸς τοῦτο τὸ γέννημα πρὸ πάντων ἀπλῶς τῶν κτισμάτων ὁ λόγος ἐδήλου, καὶ τὸ γεννώμενον (57) τοῦ γεννῶντος ἀριθμῶ ἕτερόν ἐστι, πᾶς ὅστισοῦν ὁμολογήσειε.

150. Καὶ συντιθεμένων πάντων, εἶπον· καὶ λόγους δέ τινας οὓς μὴ ἀπεμνημόνευσα πρότερον, εἶποιμ' ἂν ἄρτι. Εἰσὶ δὲ εἰρημένοι ὑπὸ τοῦ πιστοῦ θεράποντος Μωϋσέως ἐπιχεκαλυμμένως. Εἶρηται δὲ οὕτως· « Εὐφράνθητε οὐρανοὶ ἅμα αὐτῷ, καὶ προσκυνήσατωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι Θεοῦ, » καὶ τὰ ἐξῆς τοῦ λόγου ἐπέφερον ταῦτα· « Εὐφράνθητε ἔθνη μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, καὶ ἐνισχυσάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι Θεοῦ· ὅτι τὸ αἷμα τῶν υἱῶν αὐτοῦ ἐκδικεῖται, καὶ ἐκδικήσει, καὶ ἀνταποδώσει δίκην τοῖς ἐχθροῖς, καὶ τοῖς μισοῦσιν αὐτὸν ἀνταποδώσει, καὶ ἐκκαθαριεῖ Κύριος τὴν γῆν τοῦ λαοῦ αὐτοῦ. » Καὶ εἰπὼν ταῦτα, ἡμᾶς τὰ ἔθνη λέγει εὐφραίνεσθαι μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, λέγω Ἀβραάμ, καὶ Ἰσαάκ, καὶ Ἰακώβ, καὶ τοὺς προφήτας ἀπλῶς (58), καὶ τοὺς ἀπ' ἐκείνου τοῦ λαοῦ πάντας εὐαρεστοῦντας τῷ Θεῷ κατὰ τὰ προημολογημένα ἡμῖν· ἀλλ' οὐ πάντας τοὺς ἀπὸ τοῦ γένους ὑμῶν ἀκουσόμεθα· ἐπειδὴ ἐγνωμεν καὶ διὰ Ἡσαίου τὰ κῶλα τῶν παραβεβηκότων ὑπὸ σκώληκος καὶ ἀπαύστου πυρὸς διαβιβρώσκεισθαι μέλλειν, ἀθάνατα μένοντα, ὥστε καὶ εἶναι εἰς ὄρασιν πάσης σαρκός (59). Ἐπειπεῖν δὲ ὑμῖν βούλομαι καὶ πρὸς τούτοις, ὦ ἄνδρες, ἔφην, καὶ ἄλλους τινὰς λόγους ἀπ' αὐτῶν τῶν

A Nunc autem et quæ ad hujus rei demonstrationem attuli testimonia repetam. Cum dicit propheticus sermo : « Pluit Dominus ignem a Domino de cælo ⁴⁰, » duos numero esse declarat : alium quidem in terra, quem descendisse dicit ut videret clamorem Sodomorum ; alium autem in cælis, qui et illius in terra apparentis Domini Dominus est, quatenus Pater et Deus, qui ei præstat, ut et potens sit et Dominus et Deus. Rursus cum refert Scriptura Deum in principio dixisse : « Ecce Adam factus est tanquam unus ex nobis ⁴¹, » id quoque numerum indicat ; neque hæc verba tropologiam admittunt, ut interpretari conantur sophistæ, et qui veritatem nec dicere, nec intelligere possunt. Dictum est etiam in Sapientia : « Si annuntiavero vobis, quæ in diem fiunt : memor ero quæ a sæculo, numerare. Dominus condidit me initium viarum suarum in opera sua : ante sæculum fundavit me, in principio, antequam terram faceret, et antequam abyssos constitueret, priusquam prodirent fontes aquarum, antequam montes collocarentur, et ante omnes colles generat me ⁴². » Et cum hæc dixissem, addidi : Intelligitis, auditores, siquidem animum advertitis, Scripturam declarare, progeniem ex Patre ante omnes omnino res creatas genitam esse. Porro genitum a gignente alium numero esse quilibet fatebitur.

150. Redit ad conversionem gentium eamque prædiciam ostendit. — Cum assentirentur omnes, dixi : Nonnulla testimonia, quæ antea non memoravi, nunc proferam. Sunt autem arcane a fideli famulo Moyse dicta in hunc modum : « Lætamini, cæli, cum ipso, et adorent eum omnes angeli Dei : » et hæc quæ sequuntur in Scriptura adjeci : « Lætamini, gentes, cum populo ejus, et confortentur ei omnes angeli Dei, quia sanguinem filiorum suorum ulciscitur et ulciscetur, et vindictam retribuet inimicis, et his qui oderunt **223** eum retribuet, et expurgabit Dominus terram populi sui ⁴³. » Atque his verbis declarat nos, qui gentes sumus, cum ipsius populo lætari ; dico autem Abraham et Isaac et Jacob, et omnes prorsus prophetas, et quicumque ex illó populo placuerunt Deo, quemadmodum antea inter nos convenit : at nequaquam omnes, qui ex vestro genere sunt, intelligemus ; siquidem ex Isaia ⁴⁴ didicimus futurum, ut membra prævaricatorum a verme et non extinguendo igne vorerentur, immortalia permanentia, ita ut spectaculo sint omni carni. Volo autem vobis, præter hæc testimonia, o viri, aiebam, alia etiam ex iisdem

⁴⁰ Gen. xix, 24. ⁴¹ Gen. iii, 22. ⁴²⁻⁴³ Prov. viii, 22-25. ⁴⁴ Deut. xxxii, 43. ⁴⁵ cap. lxxv, 24.

(56) Ὁδῶν αὐτοῦ. Clarom. ὁδῶν αὐτοῦ. Sic etiam Regius ad marginem et R. Stephanus ad calcem.

(57) Καὶ τὸ γεννώμενον. Vel legendum καὶ ὅτι τὸ γεννώμενον, vel præmittendum ὡς his verbis πᾶς ὅστισοῦν.

(58) Καὶ τοὺς προφήτας ἀπλῶς. Illud ἀπλῶς meliote loco existimat collocari Thirlbius legendo,

καὶ ἀπλῶς τοὺς ἀπ' ἐκείνου.

(59) Πάσης σαρκός. Legit idem vir eruditus πάση σαρκί, ut in Bibliis et apud Justinum n. 44 et 140. Sed cum Justinus Scripturæ verba non referat hoc loco, non video cur ei non licuerit aliquid leviter immutare et malos spectaculum omnis carnis futuros dicere.

Moysis scriptis nonnulla proferre, ex quibus etiam intelligere potestis, Deum antiquitus dispersisse omnes homines secundum genera et linguas; cum autem ex omnibus generibus vestrum sibi genus assumpserit, genus inutile et inobediens et infidele; cumque eos, qui ex omni genere electi sunt, ipsius voluntati per Christum, quem et Jacob vocat et Israellem nominat, paruisse ostenderit, eos et Jacobum et Israellem, ut jam pluribus dixi, esse debere. Dum enim ait: «Lætamini, gentes, cum populo ejus,» similem illis quidem tribuit hæreditatem, nomen autem non simile; sed dum gentes et cum populo suo lætantes dicit, in probrum vestrum gentes appellat. Quemadmodum enim et vos ad iracundiam illum concitastis, dum simulacra colitis, ita et illos, cum simulacrorum cultores essent, hac gratia dignatus est, ut cognoscerent ipsius voluntatem, et hæreditatem, quæ apud illum est, acciperent.

131. *Quanto fideliores Deo gentes ad Christum conversæ quam Judæi.* — Proferam autem verba ex quibus omnes gentes a Deo divisas fuisse ostenditur. Sunt autem ejusmodi: «Interroga patrem tuum et annuntiabit tibi: majores tuos, et dicent tibi, quando dividebat Altissimus gentes, quando dispergebat filios Adam. Constituit terminos gentium secundum numerum filiorum Israel, et facta est pars Domini populus ejus Jacob: funiculus hæreditatis ejus Israel ⁴⁶.» Et cum hæc dixissem, addidi: Septuaginta interpretes ita exposuerunt: «Constituit terminos populorum juxta numerum angelorum Dei.» Sed vestram interpretationem retuli, quia nihil ex ea re mihi imminuitur ratiocinatio. Vos autem, si verum fateri vultis, non negabitis nos, qui per abjectum et probri plenum crucis mysterium a Deo vocati (quorum confessioni et obedientiæ et pietati supplicia ad mortem usque a dæmonibus et exercitu diaboli per vestrum, quod illis exhibuistis, ministerium infliguntur) omnia perferimus ne Christum voce tenus negemus, per quem ad præparatam a Patre salutem vocati sumus: nos, inquam, fideliores Deo esse quam vos, qui in brachio excelso et visitatione magnæ gloriæ **224** redempti estis ex Ægypto, cum vobis mare divisum est ac siccum iter effectum, in quo eos, qui vos cum magna prorsus potestate et splendidis curribus persequiebantur, occidit Deus, effuso in eos mari quod propter vos calcabile factum erat; quam vos, inquam, quibus columna

⁴⁶ Deut. xxxii, 7-9.

(60) Καὶ τὰ γένη. Legendum κατὰ γένη per se patet, idque Thirlbuis admonuit.

(61) Εἶναι δεῖ. Hæc verborum constructio νοῆσαι δύνασθε ὅτι... διεσχόρπισε· ἐκ πάντων δὲ λαβῶν... εἶναι δεῖ, minime accurata est, sed exemplis non caret apud Justinum, ut jam non semel observavimus. Vid. *Apol.* 1, n. 55 et 61, et *Dialog.* n. 88, 101, 103 et 110, Sic etiam infra n. 140: "Ἀπερ ἡμεῖς ὄντες, συνιέναι ὑμεῖς οὐ δύνασθε.

(62) Καὶ τὴν ὁμοίαν ὀνομασίαν εἰδῶσιν. Le-

Μωϋσέως λόγων· ἐξ ὧν καὶ νοῆσαι δύνασθε, ὅτι ἀνωθεν μὲν πάντας τοὺς ἀνθρώπους ὁ Θεὸς διεσχόρπισε, καὶ τὰ γένη (60), καὶ γλώσσας· ἐκ πάντων δὲ τῶν γενῶν, γένος ἑαυτῷ λαβῶν τὸ ὑμέτερον, γένος ἀχρηστον, καὶ ἀπειθές, καὶ ἄπιστον, δείξας τοὺς ἀπὸ παντὸς γένους αἰρουμένους πεπεῖσθαι αὐτοῦ τῇ βουλῇ διὰ τοῦ Χριστοῦ, ὃν καὶ Ἰακώβ καλεῖ, καὶ Ἰσραὴλ ὀνομάζει, τοὺτους καὶ Ἰακώβ καὶ Ἰσραὴλ, ὡς προέφην ἐν πολλοῖς, εἶναι δεῖ (61). «Εὐφράνθητε, γὰρ, ἔθνη μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ,» εἰπὼν, τὴν μὲν ὁμοίαν αὐτοῖς ἀπονέμει κληρονομίαν, καὶ τὴν ὁμοίαν ὀνομασίαν εἰδῶσιν (62). ἔθνη δὲ αὐτοῦ καὶ εὐφραϊνομένους μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ λέγων, εἰς ὄνειδος τὸ ὑμέτερον λέγει ἔθνος. Ὅν γὰρ καὶ ὑμεῖς τρόπον παρωργίσατε εἰδωλολατρήσαντες, οὕτω καὶ αὐτοῦ εἰδωλολάτρας ὄντας κατηξίωσε γινῶναι τὴν βουλήν αὐτοῦ, καὶ κληρονομῆσαι τὴν κληρονομίαν τὴν παρ' αὐτῷ.

131. Ἐρῶ δὲ καὶ τοὺς λόγους δι' ὧν δηλοῦται μερίσας πάντα τὰ ἔθνη ὁ Θεός. Εἰσὶ δὲ οὗτοι· «Ἐπερώτησον τὸν πατέρα σου, καὶ ἀναγγελεῖ σοι· τοὺς πρεσβυτέρους σου, καὶ ἔρουσί σοι, ὅτε διεμέριζεν ὁ Ὑψίστος ἔθνη, ὡς διέσπειρεν υἱὸς Ἀδάμ. Ἔστησεν ὄρια ἔθνῶν κατὰ ἀριθμοὺς υἱῶν Ἰσραὴλ, καὶ ἐγενήθη μερίς Κυρίου λαὸς αὐτοῦ Ἰακώβ, σχοίνισμα κληρονομίας αὐτοῦ Ἰσραὴλ.» Καὶ εἰπὼν ταῦτα, ἐπήνευχα λέγων, ὅτι οἱ Ἑβδομήκοντα ἐξηγήσαντο, ὅτι «Ἔστησεν ὄρια ἔθνῶν κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων Θεοῦ.» Ἄλλ' ἐπεὶ καὶ ἐκ τούτου πάλιν οὐδὲν μοι ἐλαττοῦται ὁ λόγος, τὴν ὑμέτεραν ἐξήγησιν εἶπον. Καὶ ὑμεῖς δ' εἰ βούλεσθε (63) τὴν ἀλήθειαν ὁμολογήσαι, ὅτι πιστότεροι πρὸς τὸν Θεὸν ἐσμεν, οἵτινες διὰ τοῦ ἐξουθενημένου καὶ ὀνειδούς μεστοῦ μυστηρίου τοῦ σταυροῦ κληθέντες ὑπὸ τοῦ Θεοῦ (ὧν καὶ τῇ ὁμολογίᾳ καὶ τῇ ὑπακοῇ, καὶ τῇ εὐσεβείᾳ, κολάσεις μέχρι θανάτου ὑπὸ τῶν δαιμονίων καὶ τῆς στρατιᾶς τοῦ διαβόλου διὰ τῆς ὑφ' ὑμῶν ἐκείνοις γεγεννημένης ὑπηρεσίας, προστετέληνται), πάνθ' ὑπομένομεν ὑπὲρ τοῦ μηδὲ μέχρι φωνῆς ἀρνεῖσθαι τὸν Χριστὸν, δι' οὗ ἐκλήθημεν εἰς σωτηρίαν τὴν προητοιμασμένην παρὰ τοῦ Πατρὸς ἡμῶν (64), τῶν ἐν βραχίονι ὑψηλῷ καὶ ἐπισκοπῇ μεγάλης δόξης λυτρωθέντων ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου, θαλάσσης ὑμῖν τμηθείσης, καὶ γενομένης ὁδοῦ ξηρᾶς, ἐν ἣ τὸς διώκοντας ὑμᾶς μετὰ δυνάμει πολλῆς πάνυ, καὶ ἐνδόξων ἀρμάτων, ἐπικλύσας αὐτοῖς τὴν δι' ὑμᾶς ὁδοποιηθεῖσαν θάλασσαν, ἀπέκτεινεν· οἷς καὶ στῦλος φωτὸς ἔλαμπεν, ἵνα καὶ παρὰ τὸν πάντα ἄλλον λαὸν τὸν ἐν τῷ κόσμῳ, ἰδίῳ καὶ ἀνελ-

gendum οὐ εἰδῶσιν. Hinc enim tota pendet ratiocinatio Justinii, quod populus et gentes nominatim distinguantur, et gentium nomen, quas Deus ad pœnitentiam vocabat, in opprobrium Judaici populi, quem Deus rejiciebat, usurpetur. Frustra ergo pro λέγει ἔθνος obtrudit λέγει ὁ Θεός eruditus Londinensis editor.

(63) Εἰ βούλεσθε. Subaudiendum δύνασθε.

(64) Πατὴρ ἡμῶν. Melius, ut admonuit Thirlbuis, Πατὴρ, ὑμῶν τῶν.

λιπεῖ καὶ μὴ δύνοντι φωτὶ χρῆσθαι ἔχητε· οἷς ἄρτον, εἰς τροφήν, δι' ἀγγέλων οὐρανίων (65) τὸ μάννα ἔβρεξεν, ἵνα μηδὲ σιτοποιίας δεόμενοι ζητήσητε· καὶ τὸ ἐν Μερβρᾷ ὕδωρ ἐγλυκάνθη· καὶ σημεῖον τοῦ σταυροῦσθαι μέλλοντος καὶ ἐπὶ τῶν ὄψεων τῶν διδασκόντων (66) ὑμᾶς, ὡς προεῖπον, γεγενῆσθαι (πάντα προλαμβάνοντος πρὸ τῶν ἰδίων καιρῶν τὰ μυστήρια χαρίζεσθαι ὑμῖν τοῦ Θεοῦ· πρὸς ὃν ἀχάριστοι ἐλέγχεσθε ἀεὶ γεγενημένοι) καὶ διὰ τοῦ τύπου τῆς ἐκτάσεως τῶν χειρῶν Μωϋσέως, καὶ ὡς τοῦ ἐπονομασθέντος Ἰησοῦ, πολεμούντων τὸν Ἀμαλήκ· περὶ οὗ εἶπεν ὁ Θεὸς ἀναγραφῆναι τὸ γεγενημένον, φήσας (67) καὶ εἰς τὰς ὑμῶν ἀκοὰς Ἰησοῦ παραθέσθαι τὸ ὄνομα, εἰπὼν, ὅτι οὗτός (68) ἐστὶν ὁ μέλλων ἐξαλείφειν ἀπὸ τῆς ὑπὸ τὸν οὐρανὸν τὸ μνημόσυνον τοῦ Ἀμαλήκ. Καὶ ὅτι τὸ μνημόσυνον τοῦ Ἀμαλήκ καὶ μετὰ τὸν τοῦ Ναυῆ υἱὸν μένει, φαίνεται· διὰ δὲ τοῦ Ἰησοῦ τοῦ σταυρωθέντος, οὗ καὶ τὰ σύμβολα ἐκεῖνα προκηρύγματα ἦν τῶν κατ' αὐτοῦ (69) ἀπάντων, ὅτι μέλλει ἐξολοθρευθῆσθαι τὰ δαιμόνια, καὶ δεδιέναι τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καὶ πάσας τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς βασιλείας ὁμοίως ὑφορᾶσθαι αὐτὸν, καὶ ἐκ παντὸς γένους ἀνθρώπων θεοσεβεῖς καὶ εἰρηνικοὺς δείκνυσθαι εἶναι τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύοντας, φανερὸν ποιεῖ, καὶ τὰ προανιστορημένα ὑπὲρ ἐμοῦ, Τρύφων, σημαίνουσι. Καὶ τσαύτη δὲ ὀρυγομήτρα ἐδόθη ὑμῖν ἐπιθυμήσασαι κρεωφαγίας, ὅση ἀνάριθμος εἰπεῖν· οἷς καὶ ἐκ πέτρας ὕδωρ ἀνέβλυσε, καὶ νεφέλη εἰς σκιάν ἀπὸ καύματος καὶ φυλακῆν ἀπὸ κρύους εἶπετο, ἄλλου οὐρανοῦ καινοῦ τρόπον (70) καὶ προαγγελίαν ἀπαγγέλλουσα· ὧν καὶ οἱ ἱμάντες τῶν ὑποδημάτων οὐκ ἐρῶν γησαν, οὐδὲ αὐτὰ τὰ ὑποδήματα ἐπαλαιώθη, οὐδὲ τὰ ἐνδύματα κατετριβήθη, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν νεωτέρων συντήξανε (71).

152. Καὶ πρὸς τοῦτοις ἐμοσχοποιήσατε, καὶ πρὸς τὰς θυγατέρας τῶν ἀλλογενῶν πορνεῦσαι καὶ εἰδωλολατρῆσαι ἐσπουδάσατε· καὶ μετὰ ταῦτα πάλιν τῆς γῆς ὑμῖν παραδοθείσης μετὰ δυνάμεως τσαύτης, ὡς καὶ τὸν ἥλιον θεάσασθαι ὑμᾶς προστάξει τοῦ ἀνδρὸς ἐκείνου τοῦ ἐπονομασθέντος τῷ Ἰησοῦ ὀνόματι, σταθέντα ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ μὴ δύναντα (72) μέχρι ὠρῶν τριακονταεξ, καὶ τὰς ἄλλας πάσας δυνάμεις τὰς κατὰ καιρὸν γεγενημένας ὑμῖν· ὧν καὶ ἄλλην μίαν καταριθμῆσαι τανῶν εἶναί μοι δοκεῖ (73). Συναίρεται γὰρ πρὸς τὸ καὶ ἐξ αὐτῆς συνίεναι ὑμᾶς τὸν Ἰησοῦν, ὃν καὶ ἡμεῖς ἐπέγνωμεν Χριστὸν Υἱὸν Θεοῦ σταυρωθέντα, καὶ ἀναστάντα, καὶ ἀνεληλυθότα

A luminis affulsit, ut etiam præter alium quemlibet in terrarum orbe populum propria et defectum atque occasum nescienti luce uti possetis; quibus panem, alimonix causa, proprium angelorum cœlestium, manna scilicet, pluit, ut ne panificio quidem vobis opus esset; quibus aquæ in Mara dulces factæ sunt; quibus denique signum illius, qui crucifigendus erat, ut jam dixi, exhibitum est, et cum vos morderent serpentes (omnia in antecessum mysteria vobis ante propria tempora gratificante Deo, in quem semper ingrato fuisse animo arguimini) et cum per figuram extensionis manuum Moysis, et eum qui cognominatus est Jesus, debellaretur Amalec: qua de re præcepit Deus, ut in litteras referretur, et auribus vestris nomen Jesu mandaretur, hunc esse dicens, qui deleturus erat de terra memoriam Amalec. Porro Amaleci memoriam etiam post filium Navæ manere liquet: at futurum ut per Jesum crucifixum, cujus etiam res omnes his symbolis præsignificabantur, demones exterminarentur, ejusque nomen formidarent, eumque pariter omnes principatus et regna metuerent, et ex omni hominum genere pii et pacifici ostenderentur, qui in illum credunt, Scriptura declarat, idque etiam demonstrant, quæ jam a me, Trypho, commemorata sunt. Vobis etiam carnes concupiscentibus tanta data est coturnicum copia quanta numerari non posset, quibus etiam aqua ex rupe scaturivit; quos nubes et ab æstu obumbrans et a frigore custodiens consequabatur, novi alius cœli speciem et præsignificationem habens; quorum nec foras calceamentorum rupta sunt, nec ipsa calceamenta veterarunt, nec vestimenta contrita, sed et in junioribus simul crescebant.

152. Quanta vis fuerit nominis Jesu in Veteri Testamento. — Et post hæc vitulum conflastis, et cum filiabus alienigenarum fornicari, et simulacra colere studuistis, etiam postquam tradita vobis terra est tanta cum virtute, ut solem jussu illius viri, qui Jesu appellatione cognominatus est, in cœlo stantem, nec usque ad horas triginta sex occidentem, videretis, et alias omnes virtutes, quæ vobis exhibitæ variis temporibus fuerunt; quarum etiam una videtur mihi hoc loco commemoranda; ad hoc enim conducit ut vel ex illa cognoscatis Jesum, quem nos Christum esse Filium Dei agnovimus, qui crucifixus est, et resurrexit, et ascendit

(65) *Δι' ἀγγέλων οὐρανίων.* Perpaucos fore arbitror, quibus hæc arrideat sententia, panem per angelos Israelitis suppeditatum fuisse. Multo magis quadrat ut panem angelorum illis Deus pluisse dicatur. Quare legendum: ἄρτον εἰς τροφήν ἴδιον ἀγγέλων.

(66) *Διδασκόντων.* Legendum esse δακόντων adnotavit Sylburgius, et mox γεγένηται, pro γεγενῆσθαι, et διὰ τοῦ ἐπονομασθέντος. Hujus posterioris navi aliam emendationem proponit Thirlbius valde probabilem, nempe Αὐσῆ pro ὡς.

(67) *Φήσας.* Pro hac voce idem vir eruditus proponit φθάσας.

(68) *Ὅτι οὗτος* Reg. ad marginem ὁ τοιοῦτος, et

sic ad calcem Rob. Stephanus.

(69) *Τῶν κατ' αὐτοῦ.* Legendum τῶν κατ' αὐτόν, idque Thirlbio observatum. Mox subaudiendum μέλλειν ante ὑφορᾶσθαι.

(70) *Τρόπον.* Thirlbio magis arridet τύπον.

(71) *Συντήξανε.* De hac sancti martyris sententia consulendi commentatores sacrae Scripturæ.

(72) *Δύναντα.* In δύναντα triplicis lectionis sunt vestigia, nempe δύνοντα, δύσαντα et δύντα. Nam δύναντα usu receptum non est. SYLBURGIUS.

(73) *Τανῶν εἶναι δοκεῖ.* Illud εἶναι tollendum, vel addendum οὐκ ἄτοπον. THIRLBIO. — Forte addendum δίκαιον, ut infra n. 137.

in cælos, et iterum omnium omnino hominum usque ad ipsum Adamum, iudex **225** venturus est. Scitis igitur hostes Azotios, cum tabernaculum testimonii cepissent, ac horribili et insanabili plaga percussi fuissent, hoc consilium cepisse, ut illud curru, cui vaccas a partu recentes junxerant, imponerent, periculi faciendi causa, an virtute Dei propter tabernaculum percussi fuissent, illudque Deus eo reduci vellet, unde eductum fuerat. Quod cum fecissent, vaccæ, nullo hominum dcente, non in eum locum venerunt, unde eductum tabernaculum fuerat, sed in agrum cujusdam hominis qui Auses vocabatur, eodem nomine, ac ille, qui Jesus, ut jam dictum est, cognominatus populum introduxit in terram, eamque ipsis distribuit. Quem in agrum vaccæ cum venissent, constiterunt; ex quo etiam vobis monstratur eas virtute nominis deductas fuisse; quemadmodum antea populus ex his, qui ex Ægypto profecti fuerant, residuus, per eum, qui nomen Jesu accepit, cum Ause antea vocaretur, in terram inductus est.

133. Duritia cordis Judæorum pro quibus orant Christiani. — Et cum hæc et alia ejusmodi miracula habueritis et diversis temporibus videritis, arguunt vos etiam prophetæ, quod vestros etiam filios dæmoniis immolaveritis, et his sceleribus adjeceritis, quæ in Christum ausi estis, et etiamnum audetis, de quibus omnibus utinam, concessa vobis a Deo et Christo ejus misericordia, salvemini. Nam per prophetam Isaiam Deus, cum præsciret vos hæc facturos, ita vos execratus est: « Væ animæ ipsorum, quoniam consiliati sunt consilium pessimum contra semetipsos, dicentes: Alligemus justum, quoniam incommodus est nobis. Itaque fructus operum suorum comedent. Væ iniquo: mala secundum opera manuum ejus accident ei. Popule meus, exactores vestri spoliant vos, et exigentes dominabuntur vobis. Popule meus, qui beatos vos dicunt, decipiunt vos, et semitam viarum vestrarum turbant. Sed nunc sistet in judicio populum suum; et ipse Dominus ad judicium veniet cum senioribus populi, et cum principibus ejus. Vos autem quare incendistis vineam meam, et rapina pauperis in domibus vestris? Quare vos injuriis afficitis populum meum, et faciem humilium confunditis⁴⁷? » Et alio item loco idem propheta in eandem sententiam dixit: « Væ, qui trahunt peccata sua quasi funiculo longo, et quasi jugi corrigia vitulæ, iniquitates; qui dicunt: Celeritas ejus appropinquet, et veniat consilium sancti Israel, ut cognoscamus. Væ, qui dicunt bonum malum, et malum bonum, qui ponunt lucem tenebras, et

⁴⁷ Isa. III, 9 et sq.

(74) Τῷ τῆς δυνάμεως ὀνόματι. Justinus aut scripsit aut scribere voluit, τῆ τοῦ ὀνόματος δυνάμει. TH.

(75) Καὶ διὰ τῶν προφητῶν. Illud καὶ hanc videtur habere sententiam, Israelitas etiam a prophetis reprehensos fuisse, cum idem illis persæpe a Moyse accidisset.

A εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ πάλιν παραγεννησόμενον χριστὴν πάντων ἀπλῶς ἀνθρώπων μέχρις αὐτοῦ Ἀδάμ. Ἐπίστασθε οὖν, ἔλεγον, ὅτι τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου ὑπὸ τῶν περὶ Ἀζωτίους πολεμίων ἀρπαγείσης, καὶ πληγῆς αὐτοῖς γεγεννημένης φοβερᾶς καὶ ἀνιάτου, ἐβουλεύσαντο ἐφ' ἀμάξης, ὑφ' ἧ δαμάλεις νεοτόκους ἐξευξαν, ἐπιθεῖναι, εἰς πείραν τοῦ γινῶναι, εἰ δυνάμει Θεοῦ διὰ τὴν σκηνὴν πεπληγμένοι εἰσὶ, καὶ βούλεται ὁ Θεὸς ἀπενεχθῆναι αὐτὴν ὅθεν ἐλήφθη. Καὶ πραξάντων τοῦτο, αἱ δαμάλεις, ὑπὸ μηδενὸς ὁδηγούμεναι ἀνθρώπων, οὐκ ἦλθον μὲν εἰς τὸν τόπον ὁπόθεν ἐλήφθη ἡ σκηνή, ἀλλ' εἰς χωρίον τινὸς ἀνδρὸς καλουμένου Αὐσῆ, ὁμωνύμου ἐκείνου τοῦ μετονομασθέντος τῷ Ἰησοῦ ὀνόματι, ὡς προελέλεχτο, ὃς καὶ εἰσήγαγε τὸν λαὸν εἰς τὴν γῆν, καὶ κατεκληροδότησεν αὐτοῖς **B** αὐτὴν εἰς ὃ χωρίον ἐλθοῦσαι, μεμενήκασι, δεικνυμένου ὑμῖν καὶ διὰ τούτων, ὅτι τῷ τῆς δυνάμεως ὀνόματι (74) ὠδηγήθησαν, ὡς πρότερον ὁ περιλειφθεὶς λαὸς ἀπὸ τῶν ἀπ' Αἰγύπτου ἐξεληθόντων, διὰ τοῦ λαθόντος τὸ Ἰησοῦ ὄνομα, Αὐσῆ πρότερον καλουμένου, εἰς τὴν γῆν ὠδηγήθη.

133. Καὶ τούτων καὶ πάντων τῶν τοιούτων παραδόξων καὶ θαυμαστῶν ὑμῖν γενομένων τε καὶ ὁρωμένων κατὰ καιροὺς, ἐλέγχεσθε καὶ διὰ προφητῶν (75), μέχρι τοῦ καὶ τὰ ἑαυτῶν τέκνα τεθυκέναι τοῖς δαιμονίοις· καὶ ἐπὶ τούτοις πᾶσι τοιαῦτα τετολμηκέναι εἰς τὸν Χριστὸν, καὶ ἔτι τολμᾶν· ἐφ' οἷς πᾶσι γένοιτο ὑμῖν, ἔλεος παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ λαθοῦσαι, σωθῆναι. Διὰ γὰρ τοῦ προφήτου Ἡσαίου προεπιστάμενος ὁ Θεὸς ταῦτα μέλλειν ὑμᾶς ποιεῖν, κατηράτατο οὕτως· « Οὐαὶ τῇ ψυχῇ αὐτῶν· βεβούλευνται βουλήν πονηρὰν καθ' ἑαυτῶν, εἰπόντες· Δῆσωμεν τὸν δίκαιον ὅτι δύσχρηστος ἡμῖν ἐστι. Τοίνυν τὰ γεννήματα τῶν ἔργων αὐτῶν φάγονται. Οὐαὶ τῷ ἀνόμῳ· πονηρὰ, κατὰ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτοῦ, συμβήσεται αὐτῷ. Λαὸς μου, οἱ πράκτορες ὑμῶν καλαμῶνται ὑμᾶς, καὶ οἱ ἀπαιτοῦντες κυριεύσουσιν ὑμῶν. Λαὸς μου, οἱ μακαρίζοντες ὑμᾶς πλανῶσιν ὑμᾶς, καὶ τὴν τρίβον τῶν ὁδῶν (76) ὑμῶν ταράσσουσιν. Ἀλλὰ νῦν καταστήσεται εἰς κρίσιν (77) τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς Κύριος εἰς κρίσιν ἤξει μετὰ τῶν πρεσβυτέρων τοῦ λαοῦ καὶ τῶν ἀρχόντων αὐτοῦ. Ὑμεῖς δὲ τί ἐνεπυρίσατε τὸν ἀμπελῶνά μου, καὶ ἡ ἀρπαγὴ τοῦ πτωχοῦ ἐν τοῖς οἴκοις ὑμῶν; Ὑμεῖς τί ἀδικεῖτε τὸν λαὸν μου, καὶ τὸ πρόσωπον τῶν ταπεινῶν κατησχύνετε; » Καὶ ἐν ἑτέροις πάλιν λόγοις ὁ αὐτὸς προφήτης εἰς τὸ αὐτὸ εἶπεν· « Οὐαὶ οἱ ἐπισπόμενοι τὰς ἀμαρτίας αὐτῶν ὡς ἐν σχοινίῳ μακρῷ, καὶ ὡς ζυγοῦ ἱμάντι δαμάλεως τὰς ἀνομίας· οἱ λέγοντες· Τὸ τάχος αὐτοῦ ἐγγισάτω, καὶ ἐλθέτω ἡ βουλή τοῦ ἀγίου Ἰσραὴλ, ἵνα γινῶμεν. Οὐαὶ οἱ λέγοντες τὸ πονηρὸν καλὸν καὶ τὸ καλὸν πονηρὸν· οἱ τι-

(76) Τρίβον τῶν ὁδῶν. Biblia et Patres habent τῶν ποδῶν. Justinus ut in Hebræo. THIRLB.

(77) Καταστήσεται εἰς κρίσιν. Justinum Thirlbius scripsisse putat, ut in Bibliis, καταστήσεται εἰς κρίσιν Κύριος, καὶ στήσει εἰς κρίσιν τὸν λαὸν αὐτοῦ.

θέντες τὸ φῶς σκότος, καὶ τὸ σκότος φῶς· οἱ τιθέντες τὸ πικρὸν γλυκὺ, καὶ τὸ γλυκὺ πικρὸν. Οὐαὶ οἱ συνετοὶ ἐν ἑαυτοῖς καὶ ἐνώπιον αὐτῶν ἐπιστήμονες. Οὐαὶ οἱ ἰσχύοντες ὑμῶν, οἱ τὸν οἶνον πίνοντες, καὶ οἱ δυνάσται, καὶ οἱ κερνύοντες τὸ σίκερα· οἱ δικαιῶντες τὸν ἀσεβῆ ἕνεκεν δώρων, καὶ τὸ δίκαιον τοῦ δικαίου ἀφροντες. Διὰ τοῦτο ἐν τρόπον καυθήσεται καλάμη ὑπὸ ἀνθρακος πυρῆς, καὶ συγκαυθήσεται ὑπὸ φλογὸς καιομένης (78), ἡ ῥίζα ὡς χνοῦς ἔσται, καὶ τὸ ἄνθος αὐτῶν ὡς κονιορτὸς ἀναθήσεται. Οὐ γὰρ ἠθέλησαν τὸν νόμον Κυρίου Σαβαῶθ, ἀλλὰ τὸ λόγιον Κυρίου τοῦ ἁγίου Ἰσραὴλ παρώξυναν. Καὶ ἐθυμώθη ὀργῇ Κύριος Σαβαῶθ, καὶ ἐπέβαλε τὰς χεῖρας ἐπ' αὐτούς, καὶ ἐπάταξεν αὐτούς, καὶ παρωξύνθη ἐπὶ τὰ ἔρη· καὶ ἐγενήθη τὰ θνησιμαῖα αὐτῶν ἐν μέσῳ ὡς κοπρία ὁδοῦ. Καὶ ἐν πᾶσι τούτοις οὐκ ἀπεστράφησαν (79), ἀλλ' ἔτι ἡ χεὶρ αὐτῶν ὑψηλή. » Ἐτι γὰρ ἀληθῶς ἡ χεὶρ ὑμῶν πρὸς κακοποιαν ὑψηλή, ὅτι καὶ τὸν Χριστὸν ἀποκτείναντες, οὐδ' οὕτως μετανοεῖτε, ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς τοὺς πιστεύσαντας δι' αὐτοῦ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ τῶν ὅλων μισεῖτε καὶ φονεύετε, ὁσάκις ἂν λάβητε ἐξουσίαν· ἀδιαλείπτως δὲ καταρᾶσθε αὐτῷ τε ἐκείνῳ, καὶ τοῖς ἀπ' αὐτοῦ, πάντων ἡμῶν εὐχομένων ὑπὲρ ὑμῶν, καὶ ὑπὲρ πάντων ἀπλῶς ἀνθρώπων, ὡς ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ ἡμῶν καὶ Κυρίου ποιεῖν ἐδιδάχθημεν, παραγγεῖλαντος ἡμῖν εὐχέσθαι καὶ ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν, καὶ ἀγαπᾶν τοὺς μισοῦντας, καὶ εὐλογεῖν τοὺς καταρωμένους.

134. Εἰ οὖν καὶ ὑμᾶς δυσωπεῖ τὰ τε τῶν προφητῶν διδάγματα, καὶ τὰ ἐκείνου αὐτοῦ, βέλτιόν ἐστιν ὑμᾶς τῷ Θεῷ ἔπεσθαι ἢ τοῖς ἀσυνέτοις καὶ τυφλοῖς διδασκάλοις ὑμῶν, οἵτινες καὶ μέχρι νῦν καὶ τέσσαρας καὶ πέντε ἔχειν ὑμᾶς γυναῖκας ἕκαστον συγχωροῦσι, καὶ ἐὰν εὐμορφὸν τις (80) ἰδὼν ἐπιθυμήσῃ αὐτῆς· τὰς Ἰακώβ τοῦ Ἰσραὴλ καὶ τῶν ἄλλων πατριαρχῶν πράξεις ἀνιστοροῦντες, καὶ μηδὲν ἀδικεῖν λέγοντες τοὺς τὰ ὅμοια πράττοντας· τάλανες καὶ ἀνόητοι καὶ κατὰ τοῦτο ὄντες. Ὡς προέφη γὰρ, οἰκονομίαι τινὲς μεγάλων μυστηρίων ἐν ἑκάστη τινὲ τοιαύτῃ πράξει ἀπετελοῦντο. Ἐν γὰρ τοῖς γάμοις τοῦ Ἰακώβ, τὴν οἰκονομία καὶ προκήρυξις ἀπετελεῖτο, ἔρῳ, ὅπως καὶ ἐν τούτοις ἐπιγνώτε, ὅτι οὐδὲν πρὸς τὸ θειωδέστερον δι' ὃ ἑκάστη πράξις γέγονεν, ἀπειθὸν ὑμῶν ἀεὶ οἱ διδάσκαλοι, ἀλλὰ πρὸς τὴν χαμαιπετή, καὶ τὰ διαφθορᾶς μᾶλλον πάθη. Προσέχετε τοιγαροῦν οἷς λέγω. Ἐπιθυμῶν τῆς ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ μελλούσης ἀπαρτίζεσθαι πράξεως τύποι ἦσαν οἱ γάμοι τοῦ Ἰακώβ. Δύο γὰρ ἀδελφὰς κατὰ τὸ αὐτὸ οὐ θεμιτὸν γαμῆσαι τὸν Ἰακώβ. Καὶ δουλεύει δὲ τῷ Λάβαν ὑπὲρ τῶν θυγατέρων (81)·

⁷⁸ Isa. v, 18-25.

(78) *Καιομένης*. Justinum scripsisse putat Thirlbiius ἀνημμένης, ut in Bibliis. Sed tamen S. Joannes Chrysostomus habet ἀνημμένης, eodem sensu ac Justinus, nec aliter S. Hieronymus, qui ita vertit, « Sicut calor flammæ exurit. »

(79) *Οὐκ ἀπεστράφησαν*. Habent Biblia: Οὐκ ἀπεστράφη ὁ θυμὸς αὐτοῦ, ἀλλὰ ἔτι ἡ χεὶρ ὑψηλή. Justinum ita scripsisse, ut in hoc *Dialogo* legimus, perspicui potest ex his quæ sequuntur. Legit eodem modo Cyprianus, ut Cl. Thirlbiius admonuit.

A tenebras lucem; qui ponunt amarum dulce, et dulce amarum. Væ, qui sunt arguti in semetipsis, et coram semetipsis scientes. Væ, valentes vestri, qui bibunt vinum, et potentes, et qui miscent siceram, qui justificant impium propter munera, et jus justi tollunt. Propter hoc, sicut uretur stipula a carbone ignis, simul quoque comburentur a flamma ardente; radix quasi lanugo erit, et flos eorum quasi pulvis ascendet. **226** Non enim voluerunt legem Domini Sabaoth, sed eloquium Domini sancti Israel irritaverunt. Et indignatus est ira Dominus Sabaoth, et immisit manus super eos, et percussit eos, et concitatus est in montes: et facta sunt morticina eorum in media, quasi stercus viæ. Et in omnibus his non sunt aversi, sed adhuc manus eorum excelsa⁷⁸. » Vere enim adhuc manus vestra ad male agendum extenta est; quippe qui cum Christum occideritis, ne sic quidem pœnitentiam agitis, sed nos etiam, qui per eum Deo et Patri universorum credidimus, odistis, et quoties facultas datur, occiditis; illumque indesinenter et eos, qui ab illo orti sunt, execramini; cum nos omnes pro vobis precemur, ac pro omnibus omnino hominibus, quemadmodum a Christo nostro et Domino facere edocti sumus; qui præcepit, ut etiam pro inimicis precemur, et eos diligamus qui nos oderunt, et maledicentibus benedicamus.

134. *Ecclesiæ figura connubia Jacob*. — Igitur si vos quoque et prophetarum et ipsius illius doctrina commovet, satius est ut Deum sequamini, quam imprudentes et cæcos magistros vestros, qui etiamnum quatuor aut quinque uxores habere unicuique permittunt; et si quis venustam inspiciens concupiverit, Jacob qui Israel dictus est, et aliorum patriarcharum facta, commemorantes, ac negantes peccare, si quis similia faciat; miseri hac etiam in re et insipientes. Nam, ut jam dixi, dispensationes magnorum mysteriorum in unaquaque ejusmodi actionum peragebantur. Dicam autem quamnam dispensatio et præsignificatio in nuptiis Jacob peracta fuerit; ut in his quoque agnoscatis vestros semper magistros, non ad diviniorem cujusque facti causam, sed potius ad humi repentes et corruptionis plenas affectiones respexisse. Animum igitur his quæ dico advertite. Nuptiæ Jacob id quod Christus erat facturus prænuntiabant. Duas enim sorores simul uxores ducere Jacob fas non erat. Is servit Laban pro filiabus, ac deceptus in juniore,

⁷⁸ (80) *Καὶ ἐὰν εὐμορφὸν τις*. Id est, quatuor aut quinque uxoribus aliam addi posse docent, si quis in speciosa muliere aliqua commotus fuerit. Infra enim Justinus n. 141, hanc licentiam latissime vagari, et quocumque terrarum veniant aut mittantur Judæi, ibi mulieres, matrimonii nomine, ab eis duci testatur.

(81) *ὑπὲρ τῶν θυγατέρων*. Legendum conjicit Thirlbiius ὑπὲρ τῆς νεωτέρας τῶν θυγατέρων. Sed non vidit verba sequentia, καὶ ψευθεῖς, etc., ex-

